


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
11. B
32

bonus quandoq; dormitat
Homerus
J. nd Ricordati

Al molto mag.co sig.r andrea S caristius

Amice ingredientibus pax, sanitas [illegible]

Nil sine magno labore [illegible] dedit [illegible]

[illegible] dolce [illegible]

Spiritus magna

CARLUS

Sic nos feliciores [illegible]

Juventuti labor

[illegible] non capit [illegible]

Beatus qui linguam [illegible]

At [illegible] tenui gloria

Nil mortalibus arduum est

Arctum anulum ne gestato

MATTHÆI GRIBALDI MOPHAE IVRISCONSVLTI CHERIANI,

De Methodo ac ratione STVDENDI LIBRI TRES.

Lege quisquis ingenio delectaris, & fruere.

Ἡ μεγάλη εὐδαιμονία οὐδενὶ φθονεῖν.

Conu.s S. Magni — de Scala Spiris.






LVGDVNI SVB SCVTO COLONIENSI.

M. D. XLIIII.

MATTHAEVS GRIBALDVS IVRISCONSVLTVS CHERIANVS, THOLOSANIS LEGVM AVDITORIB. S.



AGITVR (ni fallor) sesquiannus, clarissimi legum auditores, cùm me Tholosæ, in frequentissimo illo Galliarum gymnasio iura ciuilia interpretantem assiduis tandem precibus euicistis, vt de ratione studendi aliquid conscriberem. Vos enim Italicum legēdi morem, qui non in cumulandis decisionibus, sed in discutiendis ad vnguem opinionibus, in peruestigādis causis & rationibus potissimū consistit, ita probare visi estis, vt tantisper non conquieueritis, donec me desiderijs vestris in ea parte facturum satis recepi. Necdum tamen ea sponsione cōtenti, alium insuper laborē iniūxistis: quippe, vt perbreues illas regulas, seu iuris axiomata, quibus pro tempore vti cōmodè videbamur, in cōmune bonum proferrem. Cumq́; me omnia propediem curaturum obstricta fide firmassem, tanta confestim fuit nostræ apud vos fidei comprobatio, vt iamiam libellum ipsum typis excussum manibus tenere videremini. Scio quāplurimos, cùm in Tholosano, tum Lugdunēsi emporio, opusculum à librarijs sæpius flagitasse, demiratosq́; cur nondum in publicum prodijsset. At verò quis nesciat, plerunque hominis consilium falli? & quod quisque animo conceperit, non semper ex voto succedere? Nempe me vnum (qui in hoc continuè solicitus eram, vt quamprimum fidem liberarem meam) varia exindè tum publica, tum priuata negotia ita distraxerunt, vt vix dubitē me nōnunquā apud vos de fide, ac cōstantia periclitatum esse. Ve-

rùm enimuerò ornatiſsimi iuuenes, vt vobis aliquādo perſuaſum foret, inter omnes mētis ſolicitiores curas, nullam mihi antiquiorem eſſe, quàm animi mei ingenuitatem apud omneis integram conſeruare, cùm primùm data eſt reſpirandi facultas, operi me accinxi, curauiq́; vt prior pars, quæ legalis diſciplinæ methodū continet, his Saturnalibus excuderetur: in qua certè fateor, me haud magnoperè laboraſſe, cùm ſupremam manum adhibere non licuerit, præ nimia nonnullorum iuuenum inſtantia, quibus dum nihil iuſtè negare poſſum, opus ipſum vix dierum octo, præcox ſanè, atque abortiuum edere coactus ſum. Vtcunq́; ſit, vtilitati veſtræ conſultū malui, quàm operis oſtentationi. Cæterùm non ſum neſcius, permultos ingenio plus quàm ſiniſtro futuros, qui has noſtras lucubratiunculas naſo, ſupercilioq́; reuoluent, facilè aſſerturi, non modò nullius laboris, ſed ne minimi quidē ingenij eſſe nænias: verùm aliter iudicaturos, qui & candido fuerint animo, & opuſculi vires aſsiduo vſu, frequētiq́; lectione probauerint. Tantum ſupereſt (ſtudioſi iuuenes) vt has qualeſcunq́; vigiliolas in veſtrā gratiā prodeuntes, æqui boniq́; conſulatis: & veluti primitias agelli noſtri, ex quo huberiores aliquādo fructus ſperatis, hilari rectoq́; animo ſuſcipiatis: cognoſcetis (puto) nec veſtras vos preces, nec meam me fidem fruſtrà, aut temerè collocaſſe. Valete, ex Valentia Allobrogica Calendis Ianuarijs.

1541.

Matthæi Gribaldi Iu-
RIS CONSVLTI CHE-
RIANI,

DE RATIONE STV-
DENDI,
LIBER PRIMVS.

¶ Speculari volentes ab omni affectu liberos esse oportet. Caput I.



OMO à brutis animantibus ratione distans, suapte natura scire desiderat. [a] Omnis enim scientiæ finis est ueritas, [b] qua (cùm inuenta fuerit) nihil dulcius, nihil'ue pretiosius haberi potest: pro thesauris omnibus est, desiderium explet, & animo quietem parit: ea uerò non corporeis uiribus, sed ingenio atque arte comprehenditur, ratiocinando, speculandoq́; inuenitur. Enimuerò speculatio animi libertatem quærit: liber autem esse non potest, cui affectus imperant, & cupiditates dominantur. Quem ad modum enim uentri, aut scorto deditus rectè speculabitur? aut ab alea pendens, ueritatis constantiam quæret? Quis alienæ fortunæ inuidens, probè ratiocinabitur? aut ira perpetuò flagrans, iustitiæ semitam discernet? Quis fœdißimæ auaritiæ laqueis irretitus, aut miserrimæ ambitionis fumo liquescēs, ad philosophiam rerum omnium contemptricem euola-

a Aristo. 1. metaphy. l. apud Iulianū. de fideicōmi. liber.
b Arist. 2. methaphy.

bit? Planè si uicißim pugnantia eodem loco consistere non possunt,[a] nullumq; ueritas habeat hostem cupiditate maiorem, ut poterit affectibus turgens commodè speculari, & ad ueritatis scientiam peruenire? Veritas candorem amat, latebras odit, fucos horrescit, aditus patentes quærit, libera est, seruire nescit, aliena umbra tegi nõ uult, suo lumine delectatur, cum seruili ignauoq; hominum genere commercium non habet, solis liberis & speculantibus præsto est. Hæc igitur (dilectißimi iuuenes) cùm omnis scientiæ sit finis, ad quem artificum, professorumq; omnium studia contendunt, cùm ciuilis disciplinæ unus sit scopus, in quem collimare omnes debetis, ita uos ad sui amplexum trahat, sic ab omni fluxarũ rerum cura dimoueat, eius gratia candido proboq; esse animo studeatis, ab omni affectu libero, ab omni cupiditate alieno: ita fiet, ut & rectè speculari incipiatis, speculandoq; ad ipsam ueritatem quamfacillimè perueniatis.

a l. vbi repugnantia. de regu. iu. l. j. C. de furtis. l. Mutius. pro socio.

¶ Disciplinæ quam sibi quisque elegerit, totis viribus incumbendum, vt in ea excellere posſit.

Caput II.

EX ueterum monumentis (quantum per otium uagari licuit) neminem memoria repetimus in diuersis facultatibus excelluisse, summumq; ac perfectum scientiæ gradum attigisse: nisi fortè opponat aliquis M. Catonem Portiæ familiæ primum, quem triplici dote insignem usque ad summũ fuisse proditum est: summũ scilicet Oratorem, summum Iurisconsultum, ac deniq; summum Imperatorem. Verùm, si cum peritis sui temporis, aut paulo iunioribus conferamus, aliter sentiemus. Fuit enim

Plin. lib. 7. c. xxvj.

M. Cato

M. Cato in legibus Gallo Aquilio longè inferior, in orando M. Tullium non æquauit, in re bellica C. Cæsari minimè comparandus. Nullum in naturalibus Philosophia Aristoteli parem inuenit: in moribus tamen Socratem, in diuinis Platonem, in re medica Hippocratem longè præstantiores. Vnum singulis erat animi propositum, una intentio in ea, quam profitebantur, disciplina præcellere. Sed, ut à nostris exempla petamus, nullum legalis facultas Bartolo conferendum tulit, in cæteris disciplinis plurimis inferiori. Quid ita? Nulla unquàm illi alterius rei quàm legum cogitatio fuit: hûc omne studium, ingeniumq; contulerat, hinc totus pēdebat: tanta est solicitudinis, ac pertinaciæ uis, ut nihil eis ab arte, nihil à fortuna negetur. Qualem uerò nobis iurisconsultum nostra tempora peperissent, si cœptis perstitisset Politus ille Senensis, quem antè exactum quartum ætatis suæ lustrum, locos plus mille Iuris in controuersiam reuocantem, totidemq; paradoxa, diuino quodam ingenio, summaq; elegantia publicè defendentem uniuersa Italiæ gymnasia demirata sunt? Quantam de summo atque optimo iurisconsulto spem non frustrà concepissemus, si ad maturam ætatem peruenisset Lancellotus ille Galiaula, qui in prima iuuēta subtractus immortale sibi nomen ingenij uiribus comparauit? Tulit, fateor, ætas hæc nostra uiros & legibus & eloquentia claros, quos tamen quantum ad leges, nemo ad Iasonis aut Decij eruditionem: quantum ad eloquentiam, ad Politiani aut Longolij stilum, dixerit peruenisse. Fuerunt quippe illi in eo, quo uersabātur genere

Politus Senensis.

Lancellotus Galiaula.

ſua tempeſtate excellentes: cùm aliud nihil cogitarent, nulla in re alia occuparentur. Ita enim natura comparatum eſt, ut ſingulis cauſis ſinguli fines præſcribãtur, ſingulisq́; indiuiduis ſingula ornamenta ſufficiant, & quæ pluribus facere ſatis poſſunt, in unum minimè conferantur. Quantò igitur uni ex re aliqua per naturam magis accedit, tantò ex alia eidem detrahi neceſſe eſt. Quo fit, ut ſummum eruditionis gradum in diuerſis facultatibus quiſquam aſſequi non poßit, & in multiplici genere præcellere fruſtrà contendat. Vnius rei ſtudium totum hominem poſcit: & ubi quiſq; intenderit, eius ingenium ualet. Sicut enim ſtomachus uarijs edulijs ſuffertus, diuerſisq́; potionibus natans concoquere nihil poteſt: ſic ingenium ad diuerſa diſtractum, optimam ſui uigoris partem amittit. Audiui ſæpe pro-ſocerum meum, Petrum à Bayro, Medicorum noſtræ ætatis facilè principem, uirum cùm animi liberrimi, tum ſpectatæ probitatis, quoties ei aliquid elegans, aut elaboratum incerto authore offerri contingeret, ita dicentem: Opifex hic quiſquis eſt, haud alibi uacat. Nolim tamen quenquam facilè exiſtimare, uariæ lectionis ſtudium à me ita damnari, ut una electa diſciplina, reliquas omnino reijciam: cùm pluſquàm manifeſtum ſit, aliam alij ornamento eſſe: nec me lateat campum uerſicolore gramine ueſtitum, diuerſoq́; floſculorum genere uariatum pulchrius arridere. Verùm ſententiam noſtram ſic temperari uolumus, cæteras diſciplinas (præter eam in qua quis excellere contendit) toto ac principali ſtudio non eſſe tractandas: ſed quantum

Petrus à Bayro.

tum per otium licet: per otium uerò licere putamus, ut principali studio nihil omnino, uel ingenij, uel necessarij temporis subtrahatur. Proinde(*clarißimi iuuenes*)*ita legibus operam date, ut nullus extraneus actus uestra studia interrumpat, nulla alterius disciplinæ libido(nisi recreationis gratiâ) uestrum ingenium distrahat: inueniat nox* Iuris*consultorum monumentis inuigilantes, diurna lux in eisdem lucubrantes deprehendat; ita fiet, ut non modò* Ia*sones, aut* Decios *æquare, sed & ipsam iuris lucernam* Bartol*um excellere ualeatis.*

¶ Omnem disciplinam generalibus constare præceptis, quæ ignorare non licet. Caput *III.*

POSTEA *quàm & recto animo, & summa cũ deliberatione ad artem disciplinam'ue aliquam suum quispiam studium applicauerit, in primis eum considerare oportet, unicuique scientiæ hunc esse præscriptum ordinem, ut ab his, quæ generalia sunt, ac in uniuersum tradita, succeßiuè ad specialia singulariaq; descendatur.* [a] *Sic rerum omnium finitiones, primum ex genere, dèinde ex differentijs constituuntur:* [b] *sic in sensibus hominum cõtingere plerunq; uidemus.* Q*uoties enim aliquid longe distans, ac remotum conspicimus, haud statim cognoscimus, sed primùm ex motu, animal iudicamus, incerti adhuc rationis capax, expers'ne sit: tum propinquiores facti, animal rationale deprehendimus: demum certiori iudicio* Titi*um, non* Semproni*um, esse discernimus.* Omnis [c] *igitur disciplinæ progressus, à generalibus præceptis rectè deducitur, quæ ueluti cuiusq; artis fundamenta ad omnium specierum, atq; indiuiduorum*

a l.j.de orig. iu.l.j.si cer. peta. §. his igitur.insti. de iustit. & iure.

b Arist.vj. topic. & vij. metaphy.

c d.§.his igitur. insti.de iust. & iur. Porphyr.in lib.prædic. in ca.de specie & indiuidu.

cognitionem ita necessaria sunt, ut neque ignorari, neq; in dubium reuocari debeant. Planè ignorari uniuersalia non possunt, sine quibus ad particularium notitiam minimè peruenitur.[a] Reuocari in dubium non debent, cùm uel ipsa sint luce clariora, uel notius supra se habeant nihil[b]. Qualem censebimus Arithmeticum quem lateat totum qualibet parte maius esse: & si à pari numero par dematur, æqualem numerum remanere? Qualem rhetorem qui triplex esse dicendi genus, deliberatiuum, demonstratiuum, & iudiciale non nouerit? Qualem Geographum qui centrum ab omni circunferentiæ parte æqualiter distare contendat? Qualem physicum qui nesciat ex nihilo nihil fieri, uniusq; generationem ex alterius corruptione deduci: Item omnem priuationem habitum prænotare? Qualem medicum qui non didicerit contraria contrarijs curari, extremisq; morbis extrema remedia adhiberi? Qualem Astronomum qui non intelligat superiora corpora inferioribus dominari, maximè uerò omnium lunam ob propinquitatem? Qualem Theologum qui de mundi creatione plurimum disserat, fidei uerò (quæ theologiæ fundamentum est) uirtutem ignoret? Habet quoque disciplina legalis sua de moribus rudimenta, in quibus omnia tum commutatiuè tum distributiuè Iustitiæ præcepta concluduntur. Est enim ars boni[c] & æqui, per quam à malo arcemur, & ad bonũ inuitamur. At uerò quis tam præcipitis iudicij, tam impudẽtis animi inuenietur, qui se iurisconsultum profiteri audeat? qui de iure palàm consulere uel respõdere præsumat, cui uel hæc paucula iuris præcepta non constent?

a Arist. j. physic. cõment. ij. metaph. & Dy. in c. nullus plurib. de reg. iur. in vj.

b Arist. j. posteriorum.

c l. j. de iusti. & iure.

ABSVR

ABSVRDVM intellectum ab omni dispositione reijciendum. l. nam absurdum. de bon. liberto. l. 1. §. unde quæritur. de publica.

Ab omni ui atq; iniuria penitus abstinendum. l. 1. §. 1. quod ui aut clàm.

Actum dubium in meliorem partem accipiendum. l. cùm creditor. de furtis.

Ad impoßibile neminem obligari. l. si quis in graui. ad Syllan.

Alterius factum, alteri non obesse. l. de pupillo. §. si plurium. de oper. no. nun.

Alieno odio neminem prægrauari. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. test.

Alijs non nocere quod inter alios actum est. l. quia non debet. de iureiu.

Arte non concedi quod naturaliter denegatur. l. ubi repugnantia. §. 1. de reg. iu.

Authoritatem maiorũ etiam in illicitis excusare. c. dixit. xiiij. q. v.

Authoritate propria neminem ius sibi dicere posse. l. 1. §. 1. quo. legato. l. uni. C. ne quis in su. cau.

Beneficium propter aliquem conceßum in eundem minimè retorquendum. l. si iudex. in fi. de muno.

Bonam uoluntatem plerunq; pro facto reputari. l. si quis in testamento. & l. uter. in fi. de conditio. insti. l. cùm hæres. uers. seruire. de statu lib.

Cauendum ne respectu nocentis innocens patiatur. l. fi. in fi. C. de his qui latro. l. prægnantis. de pœn.

Certa pro incertis relinquenda non esse. l. cogi. §. idem quærit.

quærit.cum glos.ad trebell.

Contra ius aut bonos mores conuentiones hominum non ualere.l.pacta quæ contra.C.de pact.

Contra uim atq; iniuriam licitam esse defensionem:l.ut uim.de iust.& iu.l.scientiam.§.qui cum.ad l.aquil.

Contra proprium factum neminem uenire permitti.l. post mortem.de adoptio.

Cum alterius detrimēto nemini consulendū.l.nec auus. C.de emancip.liber.c.primum.xxij.q.ij.

Cum alterius iactura neminem locupletari debere.l. nam hoc natura.de conditio.indebi.

Deceptis non decipientibus subueniendum.l.& primo. §.uerba.ad Velleia.

Dolis ac fraudibus modis omnibus occurrendum.l.1.de dolo.c.sedes.de rescrip.

Discordiarum occasiones penitus remouendas.l.æquißimū.de usufruc.l.cùm pater.§.dulcißimus.de lega.ij.

De minimis considerationem non habendam.l.scio.de in integ.resti.

Eadem uel simuli ratione suadente idem ius statuendum. l.illud.ad l.aquil.

Effectus in consequentiam prodeuntes non attendi.l.1. de autho.tut.

Errantes & ignorantes consentire non uideri.l.si per errorem.de iurisdi.omn.iud.

Aequitatem rigori præferendam.l.placuit.C.de iud.

Ex causa nonnunquam à communibus regulis recedendum.l.ita uulneratus.ad l.aquil.l.utilitatem.de confir.tuto.& l.si domum.§.qui confitetur.de leg.1.

Exe

Executionem non faciendam iuris ordine prætermisso. l. si cum nulla. de re iudic. l. 1. C. de execut. rei iudic.

Factum procuratum non prodesse. l. si seruus. §. 1. de leg. 1.

Facilius tolli ius speciale quàm commune. l. eius. §. 1. de milit. test.

Facilius amitti ius quærendum quàm quæsitum. l. fi. C. de acqui. pos.

Facilius dari exceptionem quàm actionem. l. 1. §. cui damus. de superfi.

Facilius remitti sperata quàm possessa. l. cum hi. de transac. l. unum. §. si rem. de leg. ij.

Fidem uiolanti, fidem non seruandam. l. cùm proponas. C. de transactio.

Finalem causam diligenter inspiciendā. l. uerū. de furt.

Generalib. semper specialia derogare. l. in toto. de re iu.

Grauius in committendo quàm in omittendo delinqui. l. metrodorum. de pœn.

Honorem lucro, imò etiam uitæ præferendum. l. isti quidem. quod met. causa.

Hon estatis ius ab omni debito excipiendum. l. quod ex libera. C. de oper. liberto.

In alienis rebus gerendis bonam fidem desiderari. l. 1. de solutio.

In alieno facto ignorātiam facilè tolerari. l. fin. pro suo.

In dubio à uerborum proprietate non recedendum. l. non aliter. de legat. iij.

Inducta ad unum finem contrarium effectum non operari. l. legata inutiliter. de adimen. leg.

In ma

In malis quod minus est eligendum. c.iurauit.& c.non solum.xxiij.q.iij.

In necessitatibus leges non seruari.l.ut gradatim.§.1.de muner.& hono.

In obscuris secundum magis uerisimilia iudicandum.l. in obscuris.de reg.iu.

In pari causa damno magis quàm lucro cousulendum.l. fin.§.licentia.C.de iur.delib. l.at si quis.§.sed etsi. de religio.

In re dubia benigniorem semper fieri interpretationem. l.proximè.de his quæ in test.delen.

In uno grauatũ, in alio releuandum.l.eum qui.de iureiu.

Iusta petenti facilè assentiendũ. l.ij.de his qui sunt su. l.& Attilicinus.de seruitu.rustico.prædio.

Ius speciale in consequentiam non trahendum. l. quod uerò contra.de legi.

Leges non uerbis, sed rebus impositas esse.l.ij.C.commu.de lega.

Leges non ex uerbis, sed ex mente intelligendas.l. scire leges.de legi.

Leges ignorare nemini permissum. l.leges.C.de legi.

Legibus non exemplis iudicandum.l.nemo.C.de sentẽ.

Legitimè facto pœnam non deberi. l.Grac.C.de adul.

Legis imperio uoluntatem non factum coherceri.l.1.C. ad l.Cornel.de sica.

Liciti prætextu illicitum non permitti.l.ij.de extraor. crimini.

Licitum coarctari ut illicitum euitetur.l. tutor. §.1.de suspec.tuto.

Maiorum præcepta iusta, uel iniusta non contemnenda. l.1.de oper.no.nuntia.

Maioribus periculis diligẽtius occurrendum. l.1.§.sed & si quis.de carbo.edic.

Maleficijs minimè indulgendũ.l.in fundo.de rei uẽdic.

Mediam uiam in perplexitatibus eligendam.l.si paterfamiliâs.de hære.instit.l.antiqui.si pars hære.peta.

Multa ex postfacto tolerari quæ ab initio prohibentur. l.patre.de his qui sunt su.uel alie.iu.l.circa.de inof. test.l.1.§.biduum.quando appellan.sit.

Multa in consequentiam permitti, quæ principaliter denegantur.l.1.de auto.tuto.

Neminem ex suo dolo, uel calliditate releuari.l.rerum. §.tempus.pro socio.

Neminem multiplici onere prægrauandum.l.nauis.§. cùm autem.ad l.rhod.de iac.

Neminem ex suo benefacto in periculum trahi.l.ne ex liberalitate.de re iudica.

Nemini officium suum damno uerti debere.l.sed & si quis. quemadmod. testa. aperian.l.si seruus.§.quod uerò.de furtis.

Nemini iniuriam facere, qui iure suo utatur, l.proculus. & l.fluminum:in fine.de damno infect.

Nemini casum sed culpam imputari.l. si ex plagijs.§. si.ad l.aquiliam.

Non factum, sed faciendi causam inspiciendam.l. uerùm.de furt.

Non cupiditatibus sed iustis affectionibus indulgẽdum. l.illud.de manumis.uindic.

Non

Non negligentibus ſed impotentibus ſuccurrendum.l. non enim.ex quib.cau.maio.

Nobiliores præſumptiones ſemper in dubijs eligendas. l.merito.pro ſocio.

Nullum uiolentum perpetuò tolerandum.l.ij.de his qui ſunt ſui.

Odia reſtringi,fauores ampliari debere.l.cum quidam. de lib.& poſthu.

Omnem actum ab agentis intentione iudicandum.l.1.C. ad leg.Cor.de ſica.

Omne commodum cum ſuo onere pertranſire. l. cum fiſco.ad Syllan.

Omne incommodum aliquo commodo compenſandum. l.1.§.fi.de aqua pluui.

Paria delicta mutuò compenſari.l.uiro.in fi.ſolu.mat.

Plura ſpecialia ad idem minimè cumulanda. l.1.C. de dot.promiſ.

Prodeſſe alteri neminem cogi,ſed tantum obeſſe uetari. l.in ſumma.§. item Varus.de aqua plu. arcen.l.fi.§. diui quoq; marcus.de publica.

Publicam utilitatem priuatorũ commodis præferẽdam. authent.res quæ.C.commu.de lega.

Quæ ab initio ſunt uoluntatis,ex poſtfacto eſſe neceſſitatis.l.ſicut.C.de actio.& obliga.

Quod nemini nocet & alicui prodeſt, facile concedendum. l.ij.§.1.de aqua plu. arcenda.l.reſcripta.C.de precib.imper.offe.

Quod quis in ſe approbat,in alio reprobare non poſſe. l.in arenam.C.de inof.teſt.

Quod

Quod quisque iuris in alium statuerit, ipsum quoq; eodem uti debere. l. 1. quod quisque iu.

Rationes naturales pro legibus amplectendas. l. cùm ratio. de bo. damna.

Res magis intuendas quàm uerba. l. promittendo. de iu. dot.

Satis esse si cui uel in modico amici opera consolatur. l. tutori. C. de nego. gest.

Satius esse nocentem absolui, quàm insontem damnari. l. absentem. de pœn.

Sine culpa pœnam non infligi. l. sancimus. C. de pœn.

Tristes euentus non facilè considerandos. l. inter. §. sacram. de stipulatio.

Turpia uel contraria allegantes meritò repelli. l. 1. C. de furt.. l. transactione. C. de transac.

Vbicunque æquitas suadet, subueniendum. l. diuus. de in integr. resti.

Volenti neque uim neque iniuriam fieri. l. cum donationis. C. de transac. l. 1. uersi. filij. de iniu.

Voluntate sublata omnem actum parem esse. l. fœdißimam. C. de adult.

Vltima prioribus derogare. l. pacta nouißima. C. de pac.

¶ Causas & rationes in omni disciplina diligenter peruestigandas. Caput IIII.

PArs hæc non unum caput tantum, sed iustum uolumen desiderat: nulla enim legum professoribus æque utilis occurrit: ideò diligētius pertractāda erit.[a] Nempe cùm omnis ars, seu disciplina ad ueritatis cognitionem

a L. legaui. in prin. de libe ratio. lega.

(ut suprà docuimus) tendat, isq́; unus sit omnibus speculantibus propositus finis, non solam opinionem, sed ueram cuiusque rei scientiam adipisci, non immeritò causarum & rationum inuestigationem cùm primis necessariam esse testamur. Tunc enim (ut Philosophus inquit)[a] unumquodque scire arbitramur, cùm eius causas & principia cognoscimus. Porrò omnis sciẽtia (ut idem sentit[b]) duas habet præcognitiones, quid est, & quia est. Altera ad causati, altera ad causæ intelligentiam spectat. Verùm tantò dulcior est speculantibus causarum notitia, quàm eorum, quæ ab his sunt (quos effectus appellamus) quantò ueritas certior, ac potior est opinione. Vnde non ab re quidem Latinus noster Homerus suauissimam illam uocem effudit,

a Arist. 1. poste. & 1. physi. & 2. metaphysi.

b Arist. 1. posterio.

Virgil. Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Cæterùm de effectibus seu indiuiduis sciẽtia esse non potest:[c] sunt enim (secundum Platonem) propè infinita ut nulla arte recipi queant, nullaq́; disciplina comprehendi.[d] Causas uerò uniuersales esse constat & finitas, ex quibus propterea rectè fiunt demonstrationes. Sed, ne diutius in aliena messe uagemur, nihil ius Ciuile profitentibus ad perfectam eruditionem consequendam utilius esse putamus, quàm eorum, quæ à maioribus nostris simpliciter definita uidentur, causas rationesq́; diligenter scrutari. Etenim nihil omnino ab eis sine ratione factum existimandum est, qui ob suam excellentem doctrinam & eruditionem sapientißimi omnium habebantur:[e] à quorum responsis, uelut à Phitia tripode, aut Sibyllæ limine omnes pendebant. Quoties igitur ad manus uenerit Iu

c Arist. 7. metaphy.

d Porphy. in lib. prædic. in capit. de spe. & indi.

e §. responsa prudẽtum. inst. de iur. natu.

rit Iuliani, Scæuolæ, Papiniani, alterius'ue prudentis responsum, ab eo minimè recedatur, donec & ipsa decisio & decidendi ratio perfectè cõstiterint. Quòd si fortasse negligentius, & incognita causa pertransieris, nihil omnino aliud te fecisse fatendum est, quàm oleũ & operam perdidisse: utq; exemplis agamus,

Quid scire proderit (cùm de omni capitali crimine licitè transigatur) de solo adulterio transigi non posse, [a] nisi & huius diffinitionis causam intellexerimus?

[a] l. trãsigere. C. de trãsactionib.

Quid actus uiuentium suspendi posse, non ultimas uoluntates. l. si. commu. prædio.

A diffinitiua sententia licitum appellare, non ab interlocutoria. l. ij. C. quo. appel. non reci. l. ij. de appella. non recipi.

Actioni reali longo tempore præscribi, non personali. l. neque mutui. C. quib. non obijc. long. tẽp. præscrip. l. aduersus. C. de neg. gest.

Aduersus doli exceptionem de dolo non replicari. l. apud. §. quæsitum. de do. excep.

Ad factum neminẽ præcisè obligari, secus ad dationem. l. stipulationes non diuiduntur. uersi. Celsus. de stipulatio.

Alienum factum promitti non posse. l. stipulatio ista habere. in prin. de stipulat. l. sicut. de fideius.

Alienæ rei uenditionem permitti, non obligationem. l. rem alienam. de contrahen. emptio.

Annalia ad agendum perpetua esse ad excipiendum. l. pure. §. si. de doli exceptio.

Beneficia latè, priuilegia strictè interpretari. l. fi. de constitu. princip. iunc. l. si quãdo. C. de inof. testa. l. quòd uerò contra. de legi. l. ij. C. de noxali.

Bonæ fidei defectu usucapionem non interrumpi, secus possessionis. l. naturaliter. & l. si is qui pro emptore. §. si quis bona fide. de usuca. l. uni. §. illo proculdubiò. C. de ususcap. transfor.

Causas meri & misti imperij delegari non posse. l. ij. C. de peda. iud.

Ciuili possessioni ususcapionem contingere, non naturali. l. 1. §. per seruum. de acqui. pos. Doc. in. l. iij. §. ex contrario. eod. titu.

Contra depositum compensationem non admitti. l. pen. C. depo. l. fi. C. de compensa.

Contra delictum commissionis restitutionem non concedi, secus omissionis. l. 1. & l. fin. C. si aduer. delic.

Contractum dolosum ipso iure nullum esse, secus meticulosum. l. & eleganter. in princ. de dona. iunc. l. metum. §. sed quod prætor. quod met. causa.

Conditione expressa transmissionem impediri sed non tacita. l. uni. §. sin autem sub cõditione. C. de cadu. tol. iunc. l. conditiones. de condi. & demon.

Delegatum ab alio, quàm à principe, subdelegare non posse. l. à iudice. C. de iudicijs.

Debitorem ex causa lucratiua de euictione non teneri. l. ad res donatas. C. de euictio.

De specie ad quantitatem non admitti compensationem. l. si conuenerit. de condi. inde.

De re aliena licitum esse testari, sed non pacisci. l. fin. in fin.

in fin.C.de pact.iunc.§.non solum.insti.de lega.& §.sed si aliena.eod.titu.

Duas causas lucratiuas circa idem non cōcurrere.l.meuius.§.duobus.de lega.ij.

Duo remedia extraordinaria nunquàm simul cumulari. l.cùm filiusfamil.si cert.peta.Bart.in.l.in prouinciali.de no.oper.nuntia.

Ex primo decreto rei dominium non transferri.l.si finita.§.iulianus.de dam.infect.

Ex pacto nudo actionem non competere.l.iurisgētium. §.sed cum nulla.de pact.


Ex temporis diuturnitate solum mandatum non præsumi.Bal.in.l.1.C.de reb.alie. Alex.consi.1.uol.iiij. Ias.tamen contrà per.l.si filius.C.de pet.hæred.

Ex impoßibili conditione cōtractum uitiari,sed non ultimam uoluntatem.l.non solum.de actio.& obliga. iunc.l.1.de conditio.insti.

Exceptiones dilatorias post litem contestatam non opponi,nec ante litem perēptorias.l.ita demum.C.de procurat.l.peremptorias.C.sen.rescin.non posse.

Ex solo titulo inter uiuos dominium non transferri,secus in ultima uoluntate.l.penul.C.de rei uendic.iunc. l.à Titio.de furt.

Falsa causa dispositionem uitiari non falsa demōstratione.l.fin.de hære. insti.iunc.l.falsa. de conditio.& demonstra.



Facilius directa uerba obliquari,quàm econtra.l.cohæredi.§.cum filiæ.de uulg.iunc.l.Scæuola.ad treb.

Filiumfamiliâs consentiente patre posse donare,sed non

testari.l.tam his.§.1.de donat.cau.mor.

Fideicommissum tacitè induci posse, non directam institutionem.l.deniq;.§.interdum.de pecul.leg.iunc. l.hæreditas.de hære.insti.

Filios primi gradus sub potestatiua tantum conditione instituendos,non etiam nepotes.l.suus quoque.& l. sed & si.§.1.de hære.insti.

Fœminæ Testimonium in criminalibus & contractibus admitti, secus in testamentis.l.ex eo.de test.& l.qui testamento.§.mulier.de testa.

Fauorem causæ,reorum fauori præualere.c.ex literis. de probatio.c.fi.de re iud.l.inter.ff.eo.

Furem manifestum plus puniri,quàm raptorem.§.quadrupli.insti.de actio.

Ficum & oleam longiori interuallo, quàm cæteras arbores seri debere.l.fi.fini.regundo.

Generis debitorem dominium transferre teneri.l.1.in prin.de re.permuta.l.qui res.in prin.de sol.

Generis debitorem casu fortuito non liberari.l.incendium.C.si cert.peta.

Generali sermone personam loquentis non comprehendi.l.inquisitio.C.de solu.

Hæreditatis aditionem sub conditione fieri non posse.l. actus legitimi.de reg.iur.l.eum qui.§.fin. de acqui. hæredita.

Hæreditatem codicillis nec dari,nec adimi posse.l.Scæuola.ad Trebellia.

Hæredem scriptū à fideicommissario, sed non à legatarijs adire cōpelli.l.si quis omissa.si quis omis.cau.test.

In ma

In maleficijs fideiussorem non admitti.l.si à reo.§.fin. de fideius.

In contractibus ius accrescendi locum non habere.l.si mihi & Titio.de stipula.

In pignore prætorio prioritatem temporis non attendi. l.si finita.§.si plures.de dam. infect.l.is cui.§.qui prior.ut in pos.legato.

In falcidiam, quod iure tantum hæreditario capitur, imputari: in Trebellianicam, quicquid iudicio testatoris acquiritur.l.in quartam.ad l.falcid.

In personis & temporibus extensionem non concedi.l. commodissimè.de lib.& posthu.

In uasis uitiosis ignorantiam non probari.l.sed addes.§. 1.loca.

In rebus coloni tacitam hypothecam non induci.l.iiij.in quib.cau.pig.uel hypo.taci.contrah.

Libellum obscurum pro libellante interpretari, probationē uerò dubiam in probantem retorqueri.l.si quis intentione.de iud.c.in præsentia.extrà de probatio.

Liberos in conditione positos uocatos non censeri.l.lucius.in fi.iunc.glo.de hære.insti.

Libero arbitrio non præscribi.l.1.§.ad hæc. iunc.glo. in uerbo.pro socio.C.de anna.excep.

Litis contestatione iura temporalia perpetuari.l.nam posteà.§.si is qui.de iureiur.l.fi.in fi.de fideius.tut.

Mandatum de casu ad casum non extendi.c.susceptum. de rescrip.in VI.

Manumisso inter uiuos peculium accedere, non in ultima uoluntate.l.uni.C.de pecul.eius qui libert.meru.

Morte grauati fideicommissum non extingui.l.cùm ita.§.1.de lega.ij.

Moram ultimam non primam obseruari.l.semel mora.solu.matri.l.si seruum.§.sequitur.de stipulatio.l.illud.de peri.rei uendi.

Nomina propria uiriles inducere partes, Appellatiua uero hæreditarias.l. turpia.§.fi.&.l.si hæredes.de lega.1.

Nominis proprij errore dispositionem non uitiari, secus appellatiui.l.si quis in fundi uocabulo.de lega.1.

Nudam alienationis prohibitionem non ualere.l.lucius titius.de leg.iij.l.filiusfa.§.diui.titius.de lega.1.

Nuntiatione uerbali possessionem amitti, non reali.l.de pupillo.§.meminisse.de no.ope.nuntia.

Omnem seruitutem (dempto usufructu) indiuiduam esse.l.1.§.si usumfructum.ad l.falci.

Ordinarium suspectum omnino recusari non posse, sed adiuncti integritate suppleri.authen.si uero cõtigerit.C.de iudi.

Pactum legis commissoriæ in pignoribus reprobari.l.1.C.de pigno.actio.

Pactum de futura successione nullius esse momenti.l.pactum quod dotali.&.l.hæreditas.C.de pac.

Post litem contestatam reconuentionem non admitti.c.1.de mutu.petitio.

Pœnales actiones ad hæredem non transire.l.hæc actio.de ser.corrup.

Per liberam personam obligationem alteri non quæri.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de stipula.

Prælega

Prælegata in uulgarẽ ſubſtitutionem non uenire.l.ſextiliam.de lega.iij.l. miles.§.1.de legat.ij.

Pro ciuili tantum debito non accedere cõſtitutum.l.iij. de conſti.pecu.

Pro re modica furti actionem dari,ſed non doli.l.qui ſaccum.de furt.iunc.l.ſi oleum.in fi.de dolo.

Pupillum exhæredatum in legato grauari poſſe,ſed non eius ſubſtitutum.l.ab exhæredati.de lega.1.l.penul. C.de lega.

Quamlibet cauſam uel iniuſtam à dolo excuſare.l.igitur.§.& generaliter.de libe.cau.

Quod tranſmitti non poteſt,id nec cedi poſſe.l.ex pluribus.de admi.tuto.

Querelam etiam non præparatam ad liberos trãſmitti.l. ſi quis filium.C. de inof.teſt.

Reciprocos actus communibus regulis non includi.l. quod autem.§.ſi uir. de donat.inter uir. & uxor.l. de fideicommiſſo.C.de tranſac.

Rem ſuam neminem niſi à fure condicere poſſe.l.fi.in fi.uſufru.quemad.ca.

Res fiſcales uſucapi non poſſe.l.ij. C. cõmu. de uſuc.

Reum non actori,ſed actorem reo edere teneri.l.fi.C. de eden.

Reos de alieno crimine,uel conſcientia non interrogandos.l.fin.in.fi.C.de accuſatio.

Remediorum cumulationem probiberi,non exceptionum.l.plura.de actio.& obligatio.iunc.l.is qui.& l.nemo.de exceptio.

Seruitutis ius pro parte non acquiri.l.plautius.§. fi.ad

leg.falcid.

Solennitatem internam facilè præsumi, non externam.l. sciendum.de stipulatio.

Semiplenam probationem contrà uerisimile nil ualere. l.1.C.qui & aduer.quos.

Speciei periculum ad creditorem pertinere, generis uerò ad debitorem.l.non amplius.§.1. de lega.1.iunc. l.incendium.C.si cert.peta.

Super iudicato transactionem non ualere.l.si causa.C. de transac.

Super futuris alimentis transactionem non permitti.l.de alimentis.C. de transac.l.cum hi.ff.eod.tit.

Sui hæredis existentiam nunquàm ad alienum commodum operari.l.1.in fi.ut in poss.legato.

Substitutionē translatiuam directò fieri non posse.§. fi. insti.de pupil.

Testes singulares etiam mille, nil probare.l.ob carmen. de test.c.bonæ.el.1.de electio.

Testes falsificantem causæ periculum non subire, secus acta corrumpentem.l.in fraudem.§.quoties.ubi glos. & Bar.de iu.fisci.

Tutorem habenti, tutorem dari non posse, curatorem uerò curatori facilè adiungi.l.uentri.in fi.de tuto.& curato.§. interdum.insti. de curato.l.idem.de testamen. tute.

Tutoris interuētu, non excludi beneficium restitutionis. l.ij.C.si tut.uel curat.

Vbi agitur de damno, errorem iuris non nocere.l.iuris.la.ij.de iu.& fac.igno.

Volun

Voluntaria alienatione, non etiam necessaria legatum reuocari.l.rem legatam.de adimen.lega.

Vitium personale non singularem, sed uniuersalem afficere successorē.l.cùm hæres.& l.an uitium.de diuer. & tempo.præscrip.

Vltimam dispositionem & primum contractum præualere.l.iiij.de adi.lega.iunc.l.iiij.C.qui potio.in pigno.habe.

Vxorem à marito posse de adulterio accusari, non econtra.l.1.C.de adulte.

Quid, inquam, prodesset huiusmodi, & alias propè infinitas iurisconsultorum definitiones simplici tantum ac nuda lectione didicisse, earum uerò causas ac rationes penitus ignorare? Nempe isthæc mihi scientia (ut ingenuè fatear) non modò insipida, sed inutilis omnino uidetur. Neque enim ueram hoc pacto scientiam, uniuersalemq; adipiscimur, neque arte uel ingenio nostra studia exercemus, sed immortali quodam labore aliquot indiuiduorum (quæ infinita sunt) opiniones contrahimus: eaq; dūtaxat scire probamus, quæ aßidua lectione congesta memoriæ commendamus. Verum nec ea scimus, cùm causas & rationes ignoramus. Quonam pacto quis eorum ueritatem aut falsitatem discernet, quomodo de illis cum aduersario contendet, quæ nullo argumento subuertere, nulláue ratione dicit comprobare? Quid aliud agit quàm ὄνος πρὸς τὴν λύραν? *Planè si sic ineunda forent legalis disciplinæ studia, ut circa decisionum atque indiuiduorum cumulos duntaxat uersaremur, uix ad eorum consummationem uita hominis uel longißima*

super

ſupereſſet: per cauſas uerò & rationes artem ingenioſè colligentibus breue luſtrum cum Iuſtiniano ſufficere arbitramur.[a] Particularium rerum cognitio ſuos limites non egreditur, ſed tantum præſtat ſcientiæ, quantum experientia comprobauit. Notitia uerò per artem, ex uniuerſalibus cauſis & rationibus contracta, in infinitum protenditur, omniaq; inferiora ſui generalitate comprehendit. Proindè qui unius legis ſolam deciſionem intellexerit, unam tantum facti ſpeciem definire nouit: qui uerò decidēdi quoq; rationem collegerit, innumeros caſus & infinita propè indiuidua eadem ratione concludet. Cauſas intelligentibus librorum multitudine opus non eſt: quicquid enim à doctoribus in tanta uoluminum copia fuſius traditum eſt ſuo ipſi ingenio facilè excogitabunt, concurrent cum Bartolo, Baldo, Paulo, Immola, Aretino, & cæteris ſcriptoribus: licet eorum commenta non uiderint, quod ſanè multis contigiſſe nobis compertum eſt. O diuinam cauſarum ſcientiam, quàm irrefragabilem methodum geris. Exurgite iuuenes ſcientiæ cupidi, ueſtra iam excitentur ingenia, non ultra in nudis deciſionibus torpeſcant: non quid ſit intelligere ſufficiat, ſed cur ſit, diligentius inquiratur. Nec aliter Iulianum, Scæuolam, Papinianū cæterosq; iuris prudentes docuiſſe, aut ſenſiſſe putetis. Ego uerò, ut mea aliquando opera ingenij fructū referatis, tractatum de cauſis definitionum uobis propediem curabo, ut planè intelligatis nullam omnino artem uel diſciplinam, ſine euidentibus cauſis & rationibus introductam, maxime uerò ciuilem, quam non ab authoritate ſola (ut nonnulli temerè exiſtima

a §. quibus ſi bene. in pemio Digeſt.

marunt) sed à ueris & solidis principijs deductam facile ostendemus: eosq́; miserrimi ingenij esse qui ad l. non omnium[a] *(quam minimè intelligunt) causarum & rationum inscitiam referre plerunq; consueuerunt.* a de legi.

¶ Per rationes dubitandi & decidendi legum sensa elicienda. Caput V.

QVANQVAM *priori capite de causis & rationibus inuestigandis abunde satis tractatum uidetur, attamen ad perfectam legum intelligentiā sufficere haud quaquàm putamus solam decidēdi rationem percepisse, nisi & dubitationis quoque causam intellexerimus. Omnis enim lex in casu dubio statuenda est,*[b] *alioqui perridiculum foret, si de re penitus manifesta atq; indubitata ferretur. Planè quis tam supinus & communis sensus expers, ut quæsiturus sit, an mortuo alimenta debeantur? An ingenuo ac sagaci patrifamiliâs liceat societatem coire, mandatum ue suscipere? An liceat impunè delinquere? & id genus innumera, de quibus si Iubētium Celsum Labeo aliquis interrogaret, statim audiret, Aut non intelligo quid sit, de quo me consulis, aut ualde stulta est consultatio tua.*[c] *Plus enim quam ridiculum est dubitare, an mortuo alimenta debeantur, uel delicta impunè cōmittantur. Domitianæ utiq; sunt huiusmodi quæstiones. Quocirca studioso iuueni primus erit labor, legis dubitationem diligenter inuestigare, ut causam intelligat quæ uel consultorem, uel consultum in ea re perplexum reddebat: quæ causa tanti æstimatur, ut sine illa non modo leges (ut Baldus uoluit*[d]*) intelligi perfectè poßint, sed & in multiplici uarioq́; sensu ille præualeat, quem maioris* du

b l. quod Labeo. de carbon. edict. l. j. ad municipa. l. ancillę. C. de fur.

c l. Domitius labeo. de testamen.

d in l. si tutores. C. de cōpensat.

dubitationis ratio commendarit. Fieri etenim potest, ut una lex ob sui generalitatem uarios recipiat intellectus: quorum tamen potißimus habetur qui maioris dubitationis ansam tollere uideatur.[a] *Perquisita autem dubitationis causa, & iam bona legis parte intellecta, tum causam definitionis, seu rationē (ut uocant) decidendi facilius assequemur. Hæc uerò totius legis radix est, hæc omnem controuersiam sopit: per hanc ueritas elucescit, legislator comprobatur, legentis desiderium expletur, inuenta causa animus conquiescit, causæ cognitio perfecta scientia est. Sed ut res exemplo liqueat, sume acutißimi Papiniani responsum.*

a Abb. in c. cum in iure peritus. in primo not. de electio. Dec. in l. quoties idē sermo. in fi. de regu. iur.

Ad. l. uerbis. de uulga.

Verbis ciuilibus substitutionem post decimumquartum ætatis annum frustrà fieri conuenit. &c.

In hoc responso dubium faciebat illa iuris regula: mētem testatoris obseruandam esse, etiam uerborum proprietate reiecta.[b] *Próinde non omnino inutilē fore substitutionem (licet uerborum directorum proprietas refragetur) quæ saltem in uim fideicōmißi ualere poßit.*[c] *Verum dubitationem postea tollit potior causa definitionis alij regulæ inhærens, in re dubia à uerborum proprietate minimè recedendum*[d]*. Tunc enim mentem disponētis reiectis uerbis obseruandam, cum de illa liquide constaret: in proposita uerò specie de mente testatoris non liquere, uoluerit'ne substitutū directo uel ex fideicōmisso succedere: quæ mētis obscuritas uerborum proprietati facile cedit. Occurrit aliud eiusdem Papiniani exemplum.*

b l. titia. § lucius. de leg. ij. l. iij. C. de libe. præte.

c l. Scæuola. ad trebel.

d l. nō aliter. de lega. iij. l. j. §. si is qui nauē. de exercito. actio.

Cum

Cum auus (inquit) filium, ac nepotem ex altero filio hæredes instituisset, à nepote petijt, ut si intra annum trigesimũ moreretur, hæreditatem patruo suo restitueret: nepos relictis liberis, intra ætatem supradictam uita decessit. fideicommissi conditionẽ coniectura pietatis respondi defecisse: quod minus scriptum quàm dictum fuerat, inueniretur.

Ad.l.cum auus.de cõdi. & demonstra.

O diuinum ingeniũ, ô iudiciũ irreprehẽsibile. Quem tibi (Papiniane excellentissime) hominum conferemus? Quis mortalium in tam uiridi ætate ad sapientiæ, fortitudinis, prudentiæ, temperantiæ, æquitatis, ac iustitiæ tuæ gradum peruenit? Quis te unquam dicendi grauitate, iuris peritia, ingenij acrimonia superauit, uel æquauit? Ex te omnes clarissimi iurisconsulti (uelut Græci quondam proceres ex equo Palladio) prodiere. Tuæ celsitudinis iubar Cæsares omnes attestantur, quum nomen tuum nunquam sine maximo honoris titulo, ac solenni præfatione delibant.[a] Te bonorum Imperatorum perpetuum moderatorem: te Patrem patriæ non immeritò appellatum, in septimo ætatis tuæ lustro nephandissimi Bassiani immanitas obtruncauit. Quantus fuisses, si ad Iaboleni aut Pomponij caniciem peruenisses?[b] Sortem tuam deflet posteritas, imò suam iacturam dolet, perfidissimi tyranni facinus detestatur.

Papin. encomium.

a l. cũ acutissimi. & l. cũ uirũ. C. de fideic. l. iij. C. de acqui. pos. l. gñali. §. cum autẽ. C. de instit. & sub. & in §. tertij. in proe. Digestorum.

b l. apud Iulia. de fideicõmissar. liberta.

Te

Te unum, Papiniane, omnes iuris studiosi uirtutum patrem exosculantur: te unum probitatis & doctrinæ speculum contemplantur, ad tui imaginem ingenia ac studia omnium excitantur. Sed ut iam à diuerticulo redeamus, in eo elegantißimo Papiniani responso dubium faciebat iuris regula. Quicquid sub conditione relictum est, impleta cōditione deberi.[a] Cum igitur nepoti intra annum trigesimum decedenti patruus substitutus fuisset, isq; nepos intra eam ætatem deceßisset, proculdubio hæreditatem patruo deberi quisque facilè existimasset. Verùm alia nobilior definiendi ratio diuinū Papiniani ingenium excitauit, quòd non sub unica tantum conditione quæ euenit, at sub alia quoque conditione quæ defecit, substitutio facta uideretur. Nec obesse quòd ea conditio in testamento scripta non esset, siquidem tanta esset paternæ pietatis in propriam sobolem coniectura,[b] ut non iudicio testatoris neglecta, sed potius tabellionis errore omißa crederetur.[c] Tunc enim relictum sub conditione deberi quoties omnis conditio uel expressa uel tacitè subintellecta euenisset:[d] in proposita uerò questione ex duabus conditionibus adiectis alteram defecisse. His planè medijs iurisconsultorum responsa diligenter examinantur, uera legūm sensa perfectè eliciuntur, hinc non ex uerbis, sed ex mente (ut Celsus[e] monuit) certißima scientia comparatur. Porrò lex una per huiusmodi causas probè intellecta, ad mille legum intelligētiam aditum quamfacillimum præbet. Hunc disputandi morem à maioribus nostris plerunq; obseruatum comperiet, qui eorum digesta percurret, præsertim Iulij Pauli, qui præmißis

a l. vni. §. fin autē aliquid sub cōditione. C. de caduc. toll. l. si quis in test. de cōd. inst.

b l. isti quidē. in fin. quod met. cau.

c l. quoties. §. j. de hære. instit.

d l. si hæredi. de cōditio. instit.

e l. scire leges. de legi.

mißis dubitandi rationibus quæstiones ut plurimum definire solebat.[a] Proinde, *ornatißimi iuuenes, hunc uobis studijsq; uestris ordinem præscribite, ut nullam legem prætereatis, donec præcognitis, tum dubitandi, tum decidendi rationibus, uerißimum sensum perceperitis: ita fiet, ut non solum perfectam iuris scientiam exiguo labore comparetis, uerùm in ipso quoque labore uoluptatem penè incredibilem sentiatis.*

a L. æmilius. de minor. l. Nesennius. de neg. ge. l. Licinius. quib. ad libert. procl. non licet.

¶Per contraria & oppositiones veritatem melius inueniri. Caput VI.

FRequens est Baldo *adagium*,[b] Ferro *aperire uiam, qui per contraria transit: nimirum cognoscēti, quanta ad eruendam ueritatem facilitas utilitasq; ex cōtrarijs colligatur*. Enimuerò *opposita (ut* Philosophus *inquit) facta collatione clarescunt:*[c] *sic ueram cuiusq; rei definitionem tutius assequemur, si omnia quæ oppositū suadere uideantur, in medium attulerimus: quibus subtili ingenio dilutis, ueritas ipsa certius apparebit.* Nanq; *dubitatorū solutio (secundum* Philosophū*) ueritatis est inquisitio.*[d] *Locus hic præcedenti tractatui de causis dubitandi, ita cohæret, ut eiusdem penè rationis esse uideatur.* Verùm *longè diuersus inuenietur, si eius origo & efficacia cognoscantur*. Nempè *ratio dubitandi ex qualibet generali regula (quæ uel parū ad rem facere uideātur) suscipi potest.*[e] Leuior *enim esse debet dubitationis causa, cum à genere sumatur, quàm difficultas ex opposita specie suscitata.* Cōtraria *uerò in eadē, uel omnino simili specie annotari palàm est.*[f] Vnde *maiorem ad oppugnandum uim habent: & nisi subtili interpretatione*

b In. l. precibus. C. de impube.

c Aristot. iij. Rhetoricorum.

d Arist. iij. metaphy.

e L. pen. versic. occurrebat. de cast. pecu. glo. in l. eunuchis. C. qui testa. face. pos. l. iij. §. fina. si cui plusq̄ p l. falcidi.

f Arist. in lib. prio. cap. de positio.

per minimas facti differentias tollerentur, omnem iuris definitionem facilè impugnarēt.[a] Quod, ut clarius fiat, non abs re fuerit exemplis ostendere. Extat responsum Papiniani, compendiosam substitutionē à milite factam, post pubertatem & aditam hæreditatem, directo ualere. Dubitandi ratio ex generali regula suscipitur: nullam directam substitutionem ultra pubertatem, & aditā hæreditatem protendi.[b] Verùm hanc rationem facilè euitabit, qui regulam non in militibus, sed in paganis tantùm procedere didicerit. Solis etenim militibus, nō etiam paganis, translatiuam substitutionem directo facere, ex priuilegio concessum est.[c] Contrariū uerò ex alio Cæsarum responso[d] in eadem specie colligitur: ubi Diui C C. compendiosam à milite factam post pubertatem non directo quidem, sed fideicommissi iure ualere responderunt. Quæ sanè difficultas, cùm in eadem specie cōtingat, nisi ex aliqua facti uarietate tolleretur, utique Cæsares Papiniano contradixisse uiderentur. Proinde nonnulli[e] uerborum differentiam notant, quòd hic communibus, ibi directis uerbis testator substituit: quem nos, ut uerissimum sensum, in repetitionibus nostris amplexi sumus, & nouis rationibus comprobauimus. Alij[f] quòd hic suberat mater impuberis, ibi nequaquā. Alij,[g] quòd hic iure communi, ibi speciali testari uoluit. Alij[h] aliter pro ingenio quisque suo. In contrarijs igitur interpretum nerui laborant, Doctorum sudant ingenia, uarijq; uaria diuinare coguntur, quæ tamen ubi semel fuerint rectè conciliata, solidam perfectamq; scientiam ueritatis inducunt.[i] Accedat aliud Pauli Respons. Possessionem (inquit

a L.ij.§.contrariū.C.de vete.iur.enucl.

Ad.l.centurio. de uulga.

b L.verbis.de vulga.§.fi.inst.de pupilla.

c L.quærebatur.de mili.testa.

d In l.precibus.C.de impube.

e vt Bartol.

f vt Accurs.

g vt Baldus.

h vt Castilioneus, Fulgosius, Plumbinus.

i Aristo.iij.metaphy.

(inquit Paulus) solo animo amitti posse, licet sine corpore acquiri non posit. Ideò & si maximè in fundo sis, animū uero posidendi non habeas, statim te amittere possessionem: quod & Vlpianus & Cæsares cōfirmarunt.[a] Dubitandi ratio ex generali regula colligi potest. Omnes res, per quem modū contractæ sunt, per contrariū dissolui.[b] Verùm ea ratio facilè euitabitur, si regulam in his, quæ ab unius tantū uoluntate dependent, locū non habere intelligamus.[c] Contrarium uerò & quidē difficillimum ex alio eiusdē Pauli responso[d] in eadē specie suscitatur, ubi manifestè inquit, nullam possessionem solo animo amitti posse, quemadmodū solo animo acquiri nō potest.[e] Quanquàm corruptā omnino legem semper existimauimus, quæ alteri eiusdē iurisconsulti responso ex diametro repugnaret: ut nostris in Paradoxis latißimè comprobauimus[f]: idq; ita esse, uel ex eo facilè constat, quòd nulla distinctione contrariū illud cōciliari potest, nisi ridiculis doctorū ineptijs subscribamus: præsertim cuiusdam (ut dicūt) licētiati, cuius nomen modestè reticeo, qui sine corpore possessionē amitti non posse ideò cōtendebat, quòd semper animus esset in corpore. Sed, ut ad institutū reuertamur, hunc progrediendi morē per cōtraria & oppositiones, antiqui legū interpretes diligenter obseruarūt: eaq; ratione illorū glossemata maximè commendantur quòd ἐπὶ τὸ πλεῖστον opponendo procedant. Quos etiā secuti sunt Dynus, Cynus, Bartolus, Baldus, Salicetus & alij cōplures: ut iam apud omnes in cōfeßò sit, nullam ad aperiendas leges methodū breuiorem utilioremq; inueniri, quàm per contraria & oppositiones

Ad l. iij. §. in amittēda. de acq. poss.

a In l. si quis. §. differētia eod. tit. & l. licet. C. eo.

b l. pro vt. de solut. c. j. de reg. iu. in antiquis.

c l. nostrā. C. de testamē.

d In l. quemadmodū. de acqui. poss.

e d. §. in amittenda.

f Vbi ostendimus deesse negatiuā & est mod⁹ loquendi frequens apud iurisconsultos. l. non quemadmodum. de iudi. l. j. §. nec enim. de acquir. poss.

Ridicula solutio.


discutere ueritatem. Hunc igitur (studiosi iuuenes) morem uobis imitandũ proponimus, ut cùm legem aliquam per causas dubitandi & decidendi trutinaueritis, statim ad glossemata uos conferatis, contraria & oppositiones suscitatas diligenter inspecturi: nec eas tantùm, quæ in proposita lege mouebũtur, uerùm etiam quas in legibus relatis interpretes cumulauerint. Omnes enim ad unum finem conspirant, & ad principalem locum utiliter referuntur: atque ita per omnia glossemata successiuè transeundum est, donec ultrà nihil inueniatur. Nec enim facilè putandum est, iuris interpretes aliquid ignorasse, qui omne uitæ tempus in solis legibus consumpsere, quum nulla adhuc glossemata, uel Doctorum commentaria prostarent, quibus ob singularem doctrinam & eruditionem leges interpretari, ex priuilegio concessum fuit. Hic autem studendi modus omnes alios superat. Hoc est (iuuenes acutißimi) supremum illud & arcanum mysterium, quod præceptores discipulis non aperiunt, ut semper aliquid amplius (secundum Iustinianum) habere uideantur.[a] Me autem (testis est Deus) charitas nihil retinere permittit. Vellem profectò quicquid mihi uel ingenij est, uel doctrinæ (etsi perexiguum est) primo congressu in pios probosq; auditores transcribere. Is tandem boni præceptoris est fructus, ea felicitas, operam suam in bene merentibus discipulis rectè collocasse. Delectat labor agricolam, cùm uidet agros de semente feliciter respondere. Sed ut iter cœptum relegamus, cùm uobis (dilecti iuuenes) omnia per interpretes contraria, oppositionesq; abundè constiterint, de concilia

a §. in tertio. in proe. Digestorum.

conciliatione cogitandum erit: conciliationes autem uel ab eiſdem, uel à Bartolo (ſi illi deſint) mutuò accipietis. Quòd ſi nec interpretum, nec Bartoli iudicium placebit, ueſtro ipſi ingenio facti uarietates, & rationum differentias ſubtilius excogitabitis. Quam methodum, ſi diligenter ſeruaueritis, non modò præſentaneam utilitatem, ſed & immortalem uobis gloriam apud omnes comparabitis.

¶ Regularum vſum quàm maxime neceſſariũ eſſe. Caput VII.

CVM Leges & prudentum Reſpõſa, ob eorum numeroſitatem, nonnunquàm etiam prolixitatem, non facilè poßint memoria retineri (plerunq; enim uniuerſam facti ſpeciem uel longißimam[a] narrant, cuius retentio ingenium magis fatigat quàm erudit) maioribus noſtris uiſum eſt ex toto legum contextu regulas quambreuißimas colligere, quales habentur in titulo Regularum iuris, & latißimè in noſtro tractatu, quẽ Axiomata iuris inſcripſimus: quæ nihil ſanè aliud ſunt quàm breues & compẽdioſæ ſententiæ ex peruagatis definitionibus perſtrictæ, quò & minori labore diſcantur, & facilius diutiusq; memoria teneãtur. Iuriſconſulti regulas, Doctores ſummas, Dialectici theſes ſeu poſitiones, Medici Aphoriſmos, aliqui epitomas, nõnulli enuntiata ſiue axiomata uocant. Quamuis ſubtilius inueſtigantes prædictas uoces nonnihil inter ſe diſtare putarint: nos uerò huiuſmodi ſubtilitates non moramur, cùm tenues uerborum differentias leges noſtræ reijciant,[b] & nuda uocum diſputatio ſolis pertinacibus relinquatur. [c]Harũ uerò regularũ

a Vt in l. qui Romę. §. callimachus. de ſtipulatio.

b L. quoniam indignũ. C. de teſt. l. ij. C. cõmu. de lega. l. licet inter. de verbo. ſig.

c L. ij. de con ſti. pec. glo. in rubr. in fortia.

seu axiomatum usus quàm necessarius sit ex multis facilè constat. Primum quòd ingenium sui breuitate delectant,[a] *memoriam non onerant, ad sciẽtiam celerius perducunt, cæterum linguam quàm maximè erudiũt. Namque per regulas & elegantes formulas longè clarius ac promptius mentis conceptum explicamus, idq́; uerißimũ esse quotidiana experientia edocemur. Iam qui huiusmodi regulas non callent, per inutiles uerborum circuitus, & inextricabiles perissologias uagari circa ea coguntur, quæ duobus uerbis commodißimè exprimi possent. Planè ex regulis componimus syllogismos, perfectißimum disputandi genus,*[b] *quo nullum ad ueritatem eruendam, ad detegendam falsitatem aptius aut propinquius inuenitur. Etenim propositis duabus regulis, necessariò concluditur quicquid probatum uolumus. Hunc morem asseruasse maiores nostros comperiet, quicunque Dyni, Cini, Oldradi, Signorolli, Bartoli, Baldi, & aliorum complurium commentaria diligẽter euoluerit: quod ut manifestius fiat,*[c] *unicum subijciemus exemplum. Si probare contendam, re tantum & uerbis tantum coniunctos pari iure concurrere, quàm absonum fuerit per ambiguas legum inductiones, quæ in uarios sensus distrahi possunt,*[d] *siue per ineptas similitudines, disputandi ordine prætermisso, niti illud persuadere? Quod duabus tantum regulis longe explicatius concludetur, in hunc ferè modum: Ius accrescendi ex præsumpta uoluntate dependet,*[e] *sed uoluntas non minus re quàm uerbis ostenditur:*[f] *ergo re tantum, & uerbis tantum coniuncti pariter admittuntur. Vel sic, Paritas uinculi, paritatem*

a Glos. in l. j. quod met. cau. l. j. de re. iu.

b Aris. j. prio.

Io. Andreæ.

c L. prætor. §. iulia. de colla. bono.

d Vt per l. si qs hæredes. de hær. inst. & l. meuio. de leg. ij.

e L. si titio. §. iulianus. de legat. ij. & l. vnica. §. vbi autẽ. C. de cad. tol.

f L. recusari. de acquirẽ. hæredi.

talem iuris inducit:[a] ſed re tantum, & uerbis tãtum coniuncti, pari uinculo nituntur:[b] ergo pari iure concurrere debent. & ſic de ſingulis. Nunc diſputandi modum omnium, tum facillimum, tum elegantißimum, ſtudioſi iuuenes aſſequentur, ſi ex legibus poſitiones, ſeu regulas colligere ſtudeant, ex quibus breues ſyllogiſmos componant. Quod quidem argumenti genus, ita ad ueritatis cognitionem neceſſarium uidetur, ut ſine eo, nec ſcholaſticus proficere, nec Doctor iura interpretari, nec aduocatus cauſam defendere, nec iudex cõtrouerſias definire rectè poſſe exiſtimentur. Quomodo autem ex legibus regulæ colligantur, ſequenti capite oſtendemus.

a L. ſi relique ro. de legi. tuto. autho. ceſſante. C. de leg. hær.
b L. re coniũcti. de leg. iij.

¶ Regulas tum ex verbis, tum ex mente legum colligendas. Caput VIII.

TANTA eſt præſentis tractatus utilitas, ut legum profeſſoribus ad ſummum eruditionis gradũ conſequendum ſola ſufficere uideatur. Tota enim ab ingenij uiribus dependet, tota in ſubtilitate uerſatur: hîc ſtudioſus iuuenis & mentis acumen, & ingenij ſui perſpicaciam facilè probat. Nec dubitandum erit, eum in legibus quàm maximè profeciſſe, qui ex earum mente regulas, ſiue axiomata colligere didicerit. Regulas autem, tum ex uerbis, tum ex mente colligi planum eſt. Ex uerbis quidem, cùm legiſlatoris formulam ſequimur nihil ferè penitus immutantes, quales ſunt omnes ſub titulo de reg. iuris, quibus nihil addimus uel detrahimus, qualesue ex prudentum aut Cæſarum reſponſis ad uerbum decerpere licet: ueluti

Ex CONSTANTINO. *Nihil est quod magis hominibus debeatur, quàm libertas supremæ uoluntatis. l. 1. C. de sac. sanc. eccle.*

Vitæ uilitas, legum obseruatione digna non est. l. quæ adulterium. C. de adulte.

Ex Leone. *Quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt. l. iubemus. §. prædia. C. de sac. san. eccle.*

Desideria morientium, ex arbitrio uiuentium colliguntur. l. quoniam. C. de nat. lib.

Ex Antonino Pio. *Quæ ex improuiso casu accidunt, fato, non noxæ imputantur. l. 1. C. ad l. cor. de sica.*

Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. l. 1. C. de alen. lib.

Ex Vero. *De sua, non de aliena conscientia quisque est interrogandus. l. fi. C. de accusatio.*

Alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur. l. 1. C. de fund. dota.

Ex Theodosio. *Ad regimina & dignitates, non prætium, uel ambitio, sed probata uita prouehere debet. l. fi. C. ad l. iul. repetun.*

Mendax precator caret penitus impetratis. l. pen. C. si contra ius uel uti. pub.

Ex Alexandro. *Nihil tam proprium imperij est, quàm legibus uiuere. l. iij. C. de testamen.*

Quod legitimè factum est, nullam pœnã meretur. l. gracchus. C. de adul.

Ex Gordiano. *Defensor propriæ salutis in nullo peccare uidetur. l. iij. C. ad l. cor. de sica.*

Resoluto Testamento, neque legata, neq; fideicommissa

deben

debentur. l. cum duobus. C. de inof. test.

Ex Gratiano. *Iniuriarum occasio inde nasci nō debet, unde iura nascuntur. l. meminerint. C. unde ui.*

In criminalibus non oportet emendicatis uti suffragijs. l. singuli. C. de accusatio.

Ex Archadio. *Ibi pœna esse debet, ubi noxia est. l. sancimus. C. de pœn.*

Necessariorum prætermissio nocet, non abundans cautela. l. testamentum. C. de testamen.

Ex Diocletiano. *Volenti dolus non infertur. l. cum donationis. C. de transac.*

Beneficia principum in alterius iniuriam non tribuūtur. l. nec auus. C. de emancipa. libero.

Ex Zenone. *Nephandorum hominum arrogantia, modis omnibus opprimi debet. l. uni. C. de priua. car.*

Ex Honorio. *Eadem seueritate uoluntas sceleris, qua effectus punienda est. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestatis.*

Iudici pecuniam mutuans, unà cum iudice relegatur. l. quisquis. C. si cert. peta.

Ex Valentiniano. *Culpa similis est tam prohibita discere, quàm docere. l. penul. C. de malefi.*

Seniores propinqui minorum errores corrigere debent. l. uni. C. de emenda. propinquo.

Ex Caro. *Seruis alienis libertas directo dari non potest. l. seruo. C. de testa. manu.*

Calumniæ pœna in paternæ mortis accusatione cessat. l. calumniæ. C. de calumnia.

Ex Iustiniano. *Longè grauius est æternam, quàm tem-*

poralem offendere maiestatem. authent. gazaros. C. de hæreti.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari. l. fi. in fi. C. de auth. præstan.

Ex Valente. *Exemplum graue est, prætextu nocentis insontem periclitari. l. fi. in fi. C. de his qui latro. occulta.*

Principis indulgẽtia non infamiam, sed pœnam remittit. l. fi. C. de gene. abolit.

Ex Aurelio. *Concessio principis habet uim decreti. l. ij. C. quando decre. opus non est.*

Ex Valerio. *Concordia lucro præferenda est. l. reprehendenda. C. de insti. & substitutio.*

Ex Philippo. *Inter filios bona patris sunt æqualiter diuidenda. l. inter. C. famil. hercifcun.*

Ex Pertinace. *Qui soluendo non est, necessarium hæredem etiam in fraudem relinquere potest. l. 1. C. de necessa. ser.*

Ex Frederico. *Scholasticis nulla omnino iniuria fieri debet. auth. habita. C. ne. fil. pro patre.*

¶ Similiter ex prudentum Responsis.

Ex Papiniano. *Summa est ratio quæ pro religione facit. l. sunt personæ. de relig. & sumpti. fu.*

Deceptus non uidetur, qui iure communi usus est. l. inter eos. §. cum inter. de fideius.

Ex Iuliano. *Vnicuique contemnere licet ea, quæ pro se introducta sunt. l. si iudex. de minori.*

Calumniosa scriptura in iudicio uim non obtinet. l. ij. de fide instrumento.

Ex

Ex Iaboleno. Id bonorũ cuiusq; esse intelligitur, quod æri alieno superest. l. non possunt. de iur. fisci.

Seruitutem recipere nisi sibi nemo potest. l. proprium. communia prædio.

Ex Scæuola. Aduentitij casus non sunt computandi. l. Iulianus. qui & à quib.

Si uinco uincentem te, fortiori ratione uinco te. l. de accessionibus. de diuer. & tempor. præscri.

Ex Marcello. Neq; seueritatis, neq; clementiæ gloria affectanda est. l. respiciendum. de pœn.

Non confitetur qui exceptione utitur. l. non utique. de exceptio.

Res inter alios iudicatæ, alijs non præiudicãt. l. sæpe. de re iudica.

Ex Labeone. Quædam habere licet, quamuis utilia non sint. l. ei fundo. de seruitu.

Nupta non uidetur quæ uirum pati non potest. l. penul. quando di. lega. ce.

Ex Neratio. In alieni facti ignorantia, tolerabilis error est. l. fi. pro suo.

Nihil penes eum residere oportet ex re, in qua fidem fefellit. l. fundo. de leg. commiss.

Ex Caio. Potentioribus nobis pares esse non possumus. l. iij. de aliena. iudi.

Non debet quis ex alieno damno lucrari. l. itaque. §. 1. de dolo.

Ex Celso. Inciuile est, nisi tota lege perspecta, aliquid iudicare uel respondere. l. inciuile. de legi.

Vani timoris nulla æstimatio est. l. si quis ab alio. de re

iudi

iudicata.

Ex Pomponio. *Patriæ & parentibus parêre tenemur. l. ueluti. de iusti. & iure.*

Naturalis obligatio iureiurãdo tollitur. l. fin. de iureiu.

Ex Vlpiano. *Graue est fidẽ fallere. l. 1. de consti. pecu.*

Tueri ius suum quis debet, non iniuriam committere. l. 1. §. 1. quod ui aut clàm.

Ex Paulo. *In bono & æquo plerunq; perniciosè erratur. l. si seruum. §. sequitur. de stipulat.*

Inuitis nobis, res nostras alius retinere non potest. l. si filiofamiliâs. §. 1. solu. matri.

Ex Martiano. *Facti interpretatio, plerunque etiam prudentißimos fallit. l. ij. de iu. & fac. igno.*

Qui sibi non parcit, multo minus alij parceret. l. fi. de bon. eo.

Ex Aphricano. *Noxa caput sequitur. l. rem mihi. commoda.*

Ex duabus conditionibus disiunctiuis, sufficit alteram adimpleri. l. si ita quis. de stipulatio.

Ex Callistrato. *In maleficijs uoluntas spectatur non exitus. l. diuus. ad l. cor. de sica.*

Ex æquali conuersatione nascitur contemptio dignitatis. l. obseruandum. de offi. præsi.

Ex Florentino. *Vim atq; iniuriam propulsare licitũ est. l. ut uim. de iusti. & iu.*

Dolus an uirtus quis in hoste requirat? l. nihil. de capti.

Ex Modestino. *In neceßitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. de adimen. lega.*

Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahi non debet. l.

famo

famosi.ad l.iul.maiesta.

Ex Claudio Triphonino. *Factæ causæ, infectæ fieri non possunt.l.in bello.§.factæ.de capti.*

Flagitiosæ rei nulla est societas.l.si à reo.§. fina.de fideiussoribus.

Ex Venuleio Saturnino. *Nemo alterius non delinquentis deteriorem conditionem facere potest.l.ij.quod ui aut clàm.*

Non debent esse melioris conditionis stulti, quàm periti. l.Seruius.quod ui aut clàm.

Ex Archadio. *Non ad testium multitudinem, sed ad synceram testimoniorum fidem respici oportet.l.ob carmen.de testi.*

Probationes de domo rei sumi non debent.l.de minore. §. tormenta.de quæstio.

Ex Arriano. *Propensiores esse debemus ad liberãdum quàm ob obligandum. l.Arrianus.de actio.& obligatio.*

Adulteri inter milites non sunt recipiendi.l. qui cum uno.§.adulterij.de re milita.

Ex Alpheno Varo. *In coniunctis ordo non attenditur. l.quidam testamento.de pecul.lega.*

Ex Tertulliano. *Non hominis fictio, sed ueritas spectanda est.l.si fortè.de castren.pecul.*

Ex Hermogene. *Pœnæ sunt molliendæ potius quàm exasperandæ.l.penul.de pœn.*

Contumacia litis damno cohercetur. l.contumacia. de re iudica.

Ex Proculo. *Furiosus non potest desinere animo possidere.*

dere.l.si is qui.de acqui.pos.

Ex Mætiano. Pœna unius alterius præmium esse non debet.l.si sequens.ad syllania.

Ex Terentio. Legi locus non est in ea hæreditate quæ soluendo non est.l.si quis solidum.de hære.insti

Ex Eburnio Valente. In facto proprio error non præsumitur,nisi probetur.l.si hæres.§.finali.ad Trebellianum.

Ex Licinio Ruphino. Sine possessione ususcapio non procedit.l.sine.de ususcapio.

Porrò huiusmodi regulæ seu sententiæ, nullo ingenio, sed exiguo tantum labore colliguntur. Per se enim maximè patent, atque ultrò percurrentibus offeruntur. Altera uerò pars,quæ uim & mentem legum intuetur, longè difficillior est:quippe quæ tota ab ingenio & speculatione dependet. Neq; enim ex uniuersa lege uerbum aliquod retinemus,sed ex ratione tacita definitionis generalem regulam subtili interpretatione deducimus:atq; ita non quid iurisconsultus dixerit,sed quid senserit explicamus. Quo in genere, duos omnino ex doctoribus nostris excelluisse comperio,Bartolum,& Baldum:qui uniuersas fermè legum sententias ita perstrinxerunt,ut eorum formulis,uel epitomis, nihil aut breuius,aut subtilius excogitari posit. Ex quibus,declarationis gratiâ, aliquot non uulgares proponemus. Vlpianus inquit,

Ad l.tutor datus.de testa.tute.

Tutor datus,uetari tutor esse potest, uel testamento,uel codicillis.

Ecce quàm subtiliter & generaliter Bartolus colligat.

Vnum

Vnumquodque per quod ligatur, per contrarium dissoluitur. Nam quemadmodum tutor testamēto codicillis'ue datur, contraria dispositione remouetur. Sed quàm parum esset hoc de tutore tantùm intelligere, nisi ex mente legis ad omnes casus similes generalis regula traheretur. [a] Próinde Bartolus ingeniosè casum specialem ad regulam generalem protraxit.

a l. regula. §. fi. de iur. & fac. igno.

Ad l. duobus. de testam. tutel.

Inquit Modestinus: Duobus diuersis pupillis tutor datus, & si alterius tutela se excusare potest, attamen alterius tutor manet.

Quàm ingeniosè & breuißimè Bartolus. In separatis de uno ad aliud non infertur. [b] Extat Prisci Iaboleni responsum.

b l. Papinian9 exuli. de minor. l. fin. de calum. l. naturalē. §. nihilo. de acquir. poss.

Ad l. fin. de fund. instru.

Legata uel empta naue cum instrumēto, scapham nauis deberi.

Quod rectè à Paulo eius discipulo [c] reprehenditur, cùm scapha non sit instrumentum nauis: siquidem à naui non genere, sed quantitate tantum differt. Audi Bartolus quid colligat: plus & minus non faciunt differre genere: capiendo genus secundum iuricōsultos. [d] Vel, diuersitas accidentium non inducit specificam differentiam: capiendo speciem secundum dialecticos. Vel subtilius, disponens & dispositum, se sub eodem genere non compatiuntur: quamuis postremum hoc axioma ex Dyno desumpserit. [e] Item alibi ex Papiniano: Talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrāt. [f] Item ex Pomponio: Ad positionem consequētis, sequitur positio

c l. an manumittere. de manu. vind.

d l. legato generaliter. de lega. j.

e in c. mora. de reg. iur. in vj.

f l. iij. de fun. instr.

ante

a l.illud.de acquir.hære.
b l.fideicom. §.si cui.de leg.iij.
c l.quod per man⁹.de iure codicil.
d l.titius.de milit.test.
e l.cũ hæres. §.j.de acq.hæred.
f l.legata.de adim.leg.

antecedentis.[a] Ex Vlpiano: *non refert quid ex æquipollentibus fiat.*[b] Ex Paulo: *principale per accessoriũ non confirmatur.*[c] Ex Marcello: *qualitas adiecta uerbo secundum tempus uerbi intelligi debet.*[d] Ex Martiano: *Non expectatur id, cuius euentus nihil operatur.*[e] Ex Florentino: *Inducta ad diminutionem non operantur augmentum.*[f] Et id genus innumera, quæ nullo pacto ex uerbis legum, sed ex mente & ratione, subtili ingenio per eundem excerpta inueniuntur. Baldus quoque huiusce rei studiosus maximè fuit, ut scripta eius ostendunt. Nam & philosophiæ eum dedisse operam argumento sunt quæ in titulum de Probationibus edidit commentaria: præsertim in responsum Diui Alexandri,[g] ubi per omnia prædicamenta discurrit, ut ueritatis probationes excutiat. Similiter & in libros Decretalium, ubi ex Philosophis plurima congerit, quæ plerunque legum authoritate non fulcit. Vtq; aliquid ex eo in medium afferamus, extat responsum Veri & Antonini: Statuliberum post adeptam libertatem non posse conueniri ex contractu anteà celebrato, dum libertas penderet. Ecce ingenium Baldi ut colligat: Illud quod est in potentia, de actu non disponit. Nam statuliber in potentia est libertatis, nondum tamen actu liber est. Factum igitur ab eo nondum libero existente, nõ porrigit uires in casum adeptæ libertatis. Vnde ex proposita lege, utrunque & uerbalis & mentalis regulæ exemplum deprehenditur: uerbalis quidem in specie, cùm dicimus factum à statulibero, eidem libero facto non imputari: mentalis uerò quasi per modum causæ & rationis magis in genere, ut dispositum

g in l.ex persona.C.de probat.

Ad l.I.C. an ser. ex suo facto. cui refragari uidetur l.quod ab alio. de cõdic.fur.

situm in potentia ad actum non extenditur.[a] Occurrit *aliud* Diocletiani *&* Maximiani.

a L.penul.de his qui no. infami.

Non codicillum, sed testamentum facere uoluisse, qui institutionem & exhæredationem fecit.

Ad.l.non codicillũ. C.de testament.

Vide quàm ingeniosè & eleganter Baldus ex eo indiuiduo generale axioma deducat: Rei qualitas agentis intentionem demonstrat. Vel, Causa cognoscitur ab effectu. Idem Cesares responderunt: Fideicommissarias libertates ex solo euentu fraudis creditorum impediri: directas non utiq;, nisi & euẽtus fraudis, & fraudãdi animus concurrant. Baldus inde sic colligit? Fauorabilius est directũ quàm obliquum. Item ex alio Iustiniani responso[b] satis prolixo breuiter colligit: Frustra fit per plura, quod paucioribus effici potest.[c] Infinita alia adduci possent, quæ breuitatis gratia omittuntur. Sic etiã antiqui legum interpretes Irnerius, Pileus, Martinus, Bulgarus, Lotharius, Placentinus, Hugolinus, Rogerius, Aldricus, Ioannes, Azo, Accursius, et reliqui huiusmodi, regulas quàm breuißimas ex legũ uisceribus ingeniosè trahebant, ut in eorũ glossematis paßim uidere licet. Sic doctores omnes, re & fama celebres (qui consumatis lucubrationibus ius ciuile plurimum illustrarunt) obseruasse comperimus. Nos etiam (candidißimi iuuenes) ab initio studiorum nostrorum perpetuam huic rei curã intendimus, nihilq; uel cognouimus, quàm ex mente iuriscõsultorum, illorũ responsa ad breues formulas reducere, regulasq; ex omni

Ad.l. fin. C.qui manum. non poß.

b in l.fina.C. de adop.

c Aristo.viij. Topico.l.j. q met. cau. l.ampliorẽ. §.in refutatorijs.C. de appel.

iuris parte colligere. Nempe hic studendi modus ingenium uehementer exercet, & studentis animũ mira breuitate delectat. Mihi uerò plurimum contulisse fateor ea, quæ ex frequenti bonorum authorum lectione didiceram: unde effectum est, ut locos uniuersales (ex quibus & generales regulæ, & elegantes sententiæ componuntur) in promptu facilè haberem: idq; planius uobis constabit, si paucula interim ex penuario nostro deprompta subiecerimus. Inquit Vlpianus: Si sui natura tabulæ patefactæ sunt, apertum uideri testamentum non dubitatur. Non enim quærimus à quo aperiantur. Nos ita: Vbi natura operatur, hominis ministerium non exigitur. Quæ regula apud medicos frequentißima est. Vel breuius: Habito fine de medijs non curatur. Potest & hinc probari illud alibi notatum: Non quæritur de modo, dum tamen habeatur effectus. Item Vlpianus alibi: Cùm pater filio de castrensibus testanti testis esse poßit, & frater ergo poterit. Nos hinc Philosophi regulam trahimus: Si de quo minus inesse uidetur, inest: ergo de quo magis.[a] Vel clarius: Ex decisione casus magis dubij, minus dubius definitur. Idem Vlpia. alibi:

Ad. l. si in duobus. §. si sui natura. quẽad. testa. ape. Ad l. qui testamento. in princip. de testamen.

a Arist. ij. Topico.

Ad l. Prætor. de tuto. & curato.

b L. ille à q. §. tempestiuum. ad trebellia.

c L. Vranius. de fideiusso.

Prætor ipse se tutorem dare non potest.

Nos generalius: Agens & patiens debent esse discreta. Vel, Nihil agit in se ipsum.[b] Vel, Actio & Paßio in eodem subiecto non concurrunt.[c] Idem Vlpianus:

Ad l. si ita. uersic. non enim. de man. test.

Non amplius quis parere conditioni potest, quæ semel expleta sit.

Nos breuius: Actus potentiam excludit.[d] Vel, Actus

d §. sic itaque discretis. ꝟ. quia quod meũ est. insti. de actio.

& potentia simul esse non possunt. Idem Vlpianus:

Qui mihi donatum uolebat, seruo cõmuni rem tradidit. Seruus accepit, quasi mihi et socio acquisiturus: placet mihi tãtũ acquiri.

Ad l. qui mihi donatum. de donatio.

Nos ita perstrinximus: Causa instrumentalis actum non disponit. Vel, Finis actus ab organo non dependet, Item ex Paulo dicente:

Cæterum & ille, per quem uolumus possidere, talis esse debet, ut habeat intellectum poßidendi.

Ad l. 1. §. per cõmunẽ. uersic. cæterũ. de acqu. pos.

Colligimus: In omni actu explicando habilitatem instrumenti requiri. Ex eodem Paulo, dum inquit,

Metrodorum, cum hostem fugientẽ sciẽs susceperit, in insulã deportari: Philoctetem, quòd occultari eum non ignorans diu dißimulauerit, in insulam relegari placet.

Ad l. metrodorum. de pœnis.

Nos breuiter: Delinquẽs in cõmittẽdo grauius, quàm omittẽdo punitur. Vel: Mitius tractatur qui cõsentit quàm qui agit, licet alias (quando uterq; principalis in facinore habetur) pari pœna teneri dicãtur.[a] Itẽ, in cõmittẽte dolus, in omittente culpa præsumitur.[b] Dolus autẽ grauiorem exigit pœnã quàm culpa. Item ex Scæuola dicente:

a L. vtrũ. ad l. pompe. de parricid. l. pen. C. de paganis.

b l. Iulianus. in prin. iũc. l. si sterilis. §. cũ per vẽditorem. de actio. empt.

Qui in utraq; ripa fluminis publici domũ habet, pontem priuati iuris relegari placet.

Ad l. fin. de flumi.

Nos sic: Medium inhabile impedit extrema coniungi.[c]

c L. qui sella, §. fi. de serui. rusti.

Item ex Triphonio ubi citat Ciceronē in oratione pro A. Cluentio Habito, colligimus grauius esse delictum ob auaritiam, quàm uindictæ gratia perpetratum.

Ad l. Cicero. de pœnis.

Item ex Paulo, ubi inquit,

Ad l. iij. in princi. de acqui. pos.

Non utique qui fundum poßidere uelit, omnes glebas eius circumambulare oportet, sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire.

Ad l. uulgaris. de furtis.

Nos ita colligimus: In concretis factum in parte trahitur ad totum. Simile est quod alibi ex Vlpiano notauimus: Qui partem tangit, totum tetigisse uidetur.

Item ex Iuliano dicente:

Ad l. euidenter. de excep. rei iudi.

Euidenter iniquißimum est proficere rei iudicatæ exceptionem ei, contra quem iudicatum est.

a c. intelleximus. extra de iudicijs.

Ita colligimus: Odium in fauorem redūdare non debet.[a]

Ad l. pub. §. fi. de cō di. & demonstra.

Item ex Marcello alibi colligit Bartolus: Non est uerisimile quòd testator plus diligat substitutum, quàm primo loco positum. Nos autem breuius & uniuersalius: Non debet melioris esse conditionis causatum remotius, quàm propinquius. Item ex Paulo dicente,

Ad l. antepenult. ex quib. cau. maio.

Is qui Reipub. causa abest, in aliqua re læsus non restituitur: in qua etiam si reipub. causa non abfuisset, damnum erat passurus.

Nos sic generaliter notamus: Effectus non debet ascribi causæ, qua remota idem effectus nihilominus contingeret.

geret.[a] *Item ex Papiniano dicente:*

Miles iure cõmuni testatus, testamento posteà iure militiæ super bonis omnibus facto, post annũ militiæ uita decesserat: prioris testamenti, quod ruptum esse constabat, non reintegrari uires constitit.

Nos ex mente Ludouici Romani in pluribus eius respõsis,[b] *ita breuius ac explicatius colligimus: Sola remotio causæ actus sublatiuæ, actum sublatũ non reintegrat, licet infinitis penè legibus hæc regula comprobetur.*[c] *Item ex Pomponio dicente,*

Bona ad mulierẽ peruenta, ex marito potius quàm ex turpi quæstu peruenisse censeri.

Notamus: Pro nobiliori causa præsumendum.[d] *Item quod longè subtilius est: Ex nihilo nihil fieri.*[e] *Alia sanè plurima, & propè infinita adducere possem, nisi commodius suo loco, fusiusq; paterent. Etenim quantũ hoc in genere laborauimus, libellus ille Axiomatũ (qui propediem in lucem dabitur) facilè indicabit. Hoc solum repetisse uelim: & magno esse ingenio & ad summã eruditionis frugẽ eum peruenisse, qui prolixas legũ decisiones in cõpendium uel epitomen redigere, & ex illarum mente generales sibi regulas parare didicerit. Quod facilè uos assecuturos cõfido (ingenui adolescentes) si Iurisconsultorũ limina frequenti pede triueritis: uobiscum reputantes, nullius artis uel disciplinæ perfectã scientiam posse sine aßiduo studio, cura & diligentia cõpararit.*[f]

a L. conditionibus pupillus. in prin. de condi. & demon.

Ad l. militis. §. fi. de mili. test.

b In consilio 459. in proposita cõsultatiõe. in fi.

c L. ij. C. de posth. hære. inst.

Ad l. quintus. de donat. inter ui. et uxo.

d L. merito. pro socio.

e Aristo. 1. de gene. & corruptio.

f l. legatis. §. ornatricibus. de leg. iij.

¶ Veras legum interpretationes, non in cumulandis Doctorum opinionibus, sed in exploranda mente Legislatoris consistere. Caput IX.

IAM eò peruentum est, ut cùm legem aliquam interpretandam assumimus, nisi illam pleno stilo, & solenni (ut inquiunt) apparatu tractemus, extraneas etiam materias inserendo, & peruagatas Doctorũ opiniones cumulando, officio nostro satisfecisse minimè uideamur. Hinc prolixa & infinita decisionũ uolumina, hinc confusa illa iurium conturbatio,[a] ut nulla iam lex, nullum respõsum suam retineat puritatem. Quotus enim quisque est, pretium operæ maximum qui non se fecisse arbitretur, si ab alijs inuenta, uel alio loco tractata, in horreũ suum congerat? & (ut in Adagio est) ex alienis agris herbarum omnium fasciculum proferat? Nec tãtisper labori suo finem præscribit, donec numerosæ chartæ alienis impletæ uigilijs, in grande uolumen exurgant. At quàm commodius foret probo & docto uiro, in singulas leges breues atque utiles edere commentarios, in illisq́; non superuacuũ laborem impedire, sed ingenij sui uires excutere: & tum ex uerbis, tum ex mente legis, aureas illas sentẽtias, & memorabilia dicta in cõmune bonũ proferre. Quippe nulla inter homines adeò rara & difficilis facti species emergeret, quæ huiuscemodi sententijs nõ posset uel rectißimè diffiniri. Quoties uerò Bartolum, Baldum, & Paulum citamus ad id confirmandum quod expressa atque eleganti iurisconsultorum sententia comprobatur? Proinde uisum est (acutißimi iuuenes) talium commentariorum seu interpretationum imagunculam quandam ostendere,

a L. circa fin. C. de vete. iu. enucle.

Adagium.

ostendere, ut animi uestri, & operis breuitate, & rei nouitate delectentur.[a] Quem interpretandi modum si à uobis probari cognouero (etsi nonnullos existimo summæ eruditionis uiros huic negotio operam dare, ut Digestorum libri suo aliquando nitori puritatiq; restituantur) nos etiam (fauente Deo) quod in nobis fuerit ut id maturius absoluatur, totis uiribus contendemus. Sed iam audiamus Vlpianum inter Iulianum & Marcellum iudicium facientem. Inquit enim,

a L.ſ. iũc. gl. quod met. cau. & §. in ij. in proe. Digestorũ.

Iulianus scripsit, si pupillus paterna hæreditate se abstinuisset, deinde aliquis ei hæres extitisset, non esse eum compellendum creditoribus paternis respondere, nisi substitutus ei fuisset. Inclinat enim in hoc, ut putet subiturum etiam patris onera substitutum. Quæ sententia à Marcello rectè notata est. Impugnat enim utilitatem pupilli, qui ipse saltem potest habere successorem. Metu enim onerum patris timidius quis etiã impuberis hæreditatem adibit.

Ad l. si pupillus. de acquiren. hæredi.

Nemini obscurum esse puto Marcellum notas in Iulianum fecisse.[b] In hac igitur specie, utrum pupilli abstenti, hæres ad paterna quoque onera teneretur, alia fuit Iuliani, alia Marcelli sententia. Nempe quòd legi-

b L. apud iulianũ. de hæredi. insti. l. si quis reũ. §. idẽ Iulianus. de lib. leg. l. si is q ꝑ emptore. de vsucap. l. si fundũ. de lega. j. l. iij. §. itẽ iulian⁹. de eo quod cer. loco. l. si seru⁹ de aut. tut.

timus pupilli hæres ad paterna onera minimè tenere-tur: hoc erat extra controuersiam: quanquàm non deerat ratio dubitandi. Videbatur enim pupilli hæres paterno beneficio legitimam successionem accepto ferre debere, quam ei testator extraneum impuberi substituendo adimere poterat. [a] *Aequitatis autem ratio suggerit eum posse onerari, quem testator uel expreßè honorauit, relinquendo: uel tacitè, quod auferre poterat, non adimendo.* [b] *Verùm in hærede pupilli testamentario inclinabat Iulianus, ut uel is pupillarẽ omnino hæreditatem omitteret, uel eam agnoscendo, paternis quoque oneribus se alligaret: quasi indignus uideretur beneficio testatoris, qui eius honorem onusq; negligeret:* [c] *& qui iudicium defuncti, unde emolumentum expetebat, eius editione defendere non curaret. quæ ratio in l. quæsitum,* [d] *fusius tractari solet. Marcellus autem diuersum sentiebat. Quippe nec testamentarium pupilli hæredem paternis oneribus astringi, nec patris hæreditatẽ adire compelli. Atq; id uarijs rationibus cõfirmabat, tum quia patris calamitas filio nocere non debet:* [e] *ideoq; paterna onera non debere in filij iniuriam redũdare ut successore fraudetur: tum quia testator per indirectum facile posset eludi, cùm non prohibeatur substitutus, præsertim coniunctus, utranque ex testamento repudiare hæreditatem, & solam pupillarem ab intestato, & sine onere poßidere.* [f] *Quod igitur multifariam effici posset, iustius esse id meliori modo concedere.* [g] *Adiuuabat etiam Marcellum, quòd prouisio paterna in fauorem & utilitatem filij inducta, in odium & necem*

eius

a l.cõficiũtur in princ.de iur.codicil. & l.j.§.sciẽdum.de leg. iij.
b l.ab eo.cũ ibi not.C. de fideicõ.
c l.iulianus.si quis omis. cau. testa.
d l.quæsitum. de acq.hær. & in.l.si patroni.§.sed nec illud. versicu. cur enim.ad trebellia.
e insti.de ingenu.§.j.l. iij.§.quod si pater.de mune.& hono.co.ti.C. ne fil.p patr.l.diui.circa princ.de iur.patro.
f l.j.§.si quis omissa cau. testa.l.si filius.de vulga.l.nec is.§.j.de acq. hære.
g l.si superstite.C.de do.

eius redundare non debet.[a] *Crudelis sanè pater meritò crederetur, si filij cõmodo & honori inuideret,*[b] *quem iura ipsa pro filij utilitate perpetuò solicitum & uigilã= tem præsumunt,*[c] *iuxta uulgatum illud:*

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Próinde non debet ægreferre pater, si filius hæredem inueniat, quem ipse inuenire non potest. His & innume= ris huiusmodi motus quoque Vlpianus, Marcelli opi= nionem contra Iulianum approbauit. Nec quicquam fa cit, quòd nemine paternam hæreditatem adeunte, uide= tur testamentum principale penitus destitutum,[d] *& cõ= sequenter tabulæ pupillares concidere:*[e] *quoniam pluri= bus legibus comprobatum est, beneficium abstinẽdi (ubi de fauore abstinentis tractatur) nec sui hæredis iura mi= nuere, nec paterni testamenti cõfirmationem impedire.*[f] *Et hoc loco manifestißimè confutatur crebrior illa do= ctorum opinio*[g] *existimantium, extraneo uulgariter substituto suitatis effectus impediri: quam sanè uelut er roneam, & iuribus contrariam, multis aliàs argumentis reprobauimus.*[h] *Tantum superesse uidetur unus nodus contra Marcellum cùm dixit: Fratrem pupillo substitu= tum posse hæreditatem fratris impuberis ex testamento repudiare, & ab intestato poßidere: & tamẽ non incer ti iuris est fratrem fratri, à patre substitutum, hæredem necessarium fieri,*[i] *ita ut uel hæreditatem prorsus omit= tere, uel ex testamento habere cogatur.*[k] *Vlpianus no= bilißimus Marcellum hic callidè excusat, quòd is non de fratre pupilli senserit, sed ipsius testatoris. Nam pupilli frater, cùm necessarius fratri impuberi ex prouisione*

a l. nulla. de legi. l. quod fauore. C. e. titu.
b c. si quæli- bet. in fine. xxij. q. ij.
c l. fin. §. j. C. de cur. furi. l. luci⁹. in fi. de hær. inst. l. scripto. in fi. vnde lib.
Virgil. I. Aeneid.
d l. si nemo. de test. tut.
e l. ij. §. quis autẽ. de vul ga. & pupil.
f l. fili⁹ qui se paterna. de acq. hær. & l. cũ quasi. §. sed & si quis. de fi- deic. lib. & d. l. si filius. de vulga.
g in l. si filius hæres. de li be. & posth.
h in repe. d. l. si fili⁹ qui pa tri. de vul- ga. & pup.
i l. sed si plu- res. §. j. de vul. & pup.
k L. necessa- rijs. de acq. hæred.

paterna hæres existat, si ex testamento repudiat, à legitima quoque successione repellitur.[a] *Quos enim sibi pater necessarios instituendo facere potest, eos impuberi filio substituendo, necessarios facit.*[b] *Vnde colligere licet, beneficium abstinendi non omnino necessitatis effectus impedire*[c] *nec hæredes necessarios, ad instar emancipatorum penitus redegisse: ut nonnulli ex Iuliano*[d] *temerè collegerunt. Verùm tali excusatione Marcellus minimè indigebat. Nec enim de fratre testatoris sensisse putandus est, qui ad impuberem commodè referri non potest: sed de fratre ipsius pupilli emancipato, qui & in legitima fratris successione patruo potior est,*[e] *& hæres æquè uoluntarius.*[f] *Accedit, quòd ambigui uerbi relatio ad eum fieri debet, de quo principaliter agitur.*[g] *Próinde probabilius est Marcellum, cum de fratre locutus est, ad pupillum potius, de cuius hæreditate tractatur, quàm ad testatorem respexisse. Quòd si etiam de fratre pupilli non emancipato quispiam Marcellum intellexisse contendat (fretus authoritate Magni Papiniani, qui filium in potestate fratri impuberi substitutum, remota substitutione ab intestato, admitti posse respondit*[h]*) facilè prædictus astipulabitur, si tabularum pupillarium remotionem, non ad ipsum substitutum, sed ad patrem substituentem referat: ut intelligat Papinianum uoluisse bonorum paternorum separationem fratri substituto, æquitate suggerente concedi, cui cessante etiam paterna prouisione, legitime fratris hæreditas deberetur. Perstringendo igitur uniuersa, quæ ad præsentis legis interpretationem facere uisa sunt, sequentes sen*ten

a d.l.necessarijs.de acq. hæred.

b l.sed si plures. §.j. de vulg.

c l.j.§.q sunt in potestate.si quis omis.cau.

d in l. nã nec emãcipat⁹. de leg.j.

Contra Vlpianum.

e l.ij.in prin. de su.&leg.

f l.gallus. §. fi. de lib.& posth.

g l.fi. §.titia. de lib.leg.

Declaratio ad l.si filius qui patri. de uulga.

h in l.si filius. de vulg.

tias, ac dicta memorabilia ingeniosè colligimus.

Beneficium[a] *abstinendi (ubi agitur de fauore abstinētis) non impedit effectus suitatus.*

Inducta[b] *in fauorem, in odium redundare non debent.*

Sola[c] *suitate pupilli abstinentis confirmantur tabulæ pupillares.*

Vulgaris[d] *substitutio etiam extranei, non tollit suitatem.*

Hæres[e] *pupilli abstenti, etiam testamentarius, paternis oneribus inuitus non astringitur.*

Pupillaris[f] *substitutio pupilli honorem & utilitatem continet.*

Laudabile[g] *est hæredem & successorem habere.*

Miserum[h] *est sine hærede decedere.*

Non[i] *conuenit paternæ pietati, utilitatem uel honorem liberis inuidere.*

Calamitas[k] *patris filio nocere non debet.*

Nemini[l] *iniuriam facere uidetur, qui suæ consulit indemnitati.*

Quod[m] *multifariam fieri potest, id meliori modo concedendum est.*

Melius[n] *est ex testamento cōcedere, quod ab intestato prohiberi non potest.*

Quod[o] *nemini nocet & alicui prodest, periniquum est denegari.*

Plerunque[p] *minus malū toleratur, ut grauius euitetur.*

a l. filius qui se paterna. de acq. hæ.
b l. nulla. de legi.
c l. quæsitū. de acquirē. hæred.
d d. l. quæsitum. in fi. & l. si fratris. C. de iu. de liber.
e l. si filius. de vulg.
f Inst. de pupil. in prin.
g l. & quia. de interro. act.
h Inst. quibus manu. nō licet. §. j. & Corsetus in proc. Sing.
i cap. si quilibet. in fine. xxij. q. ij.
k l. iij. §. φ si pr. de munerib. & hon.
l l. filio pater. de lega. j. & l. si in meo. de aqua pluui. arcen.
m l. filius. vbi glos. in fi. de acq. hæred.
n l. ventre. de acquir. hæred. l. iij. §. si quis ex liberis. de bonorum possess. contra tab.
o l. in summa. §. item Varus. de aqua pluui. arc. & l. in creditore. de euic.
p l. absentem. de pœnis. & l. j. §. sanctius. de vent. in pos. mitten.

Præua

Præualere[a] debet opinio quæ melioribus rationibus cõprobatur.

Ambigua[b] uerbi relatio ad id facienda est, de quo principaliter agitur.

Frater[c] impuberi fratri substitutus, eius necessarius hæres existit.

Quos[d] pater sibi necessarios habet, eosdem & filio necessarios facere potest.

Etiam[e] in liberis hæredibus necesſitas sine suitate contingit.

Necessarius[f] hæres ex testamento repudians, ab intestato quoque repellitur, aut edicto tenetur.

Beneficium[g] abstinẽdi non omnino necesſitatem elidit.

Deterioris[h] adhuc sunt conditionis necessarij hæredes, quàm extranei.

Qui[i] in uno releuantur, æquum est in alio prægrauari.

Nec[k] in totum uni fauendum est, nec in totum alteri detrahendum.

Sufficit,[l] si cui, uel in paucis amici opera consulatur.

Non[m] debent ex una parte omnes fauores, & ab altera omnia grauamina cumulari.

Hæc, & alia plurima ingeniosus lector ex proposita lege, & legis mente colligere potest, ex quibus innumeras facti species commodè definiret. Accedat aliud Pomponij responsum, in titulo, De auro & argento legato. Ait enim:

Perueniamus ad gemmas inclusas argẽto & auro. & ait Sabinus, argento auro'ue cedere:

a L. j. §. sed neque. C. de vet. iu. enu. c. capellan' vbi abb. extrà de fer.
b l. fi. §. titia. de libe. leg.
c l. sed si plures. §. j. de vulg.
d l. ij. §. pri'. eod. tit.
e l. qui patri. de acq. hær. l. cum quidã. C. de necess. ser.
f L. necessarijs. de acq. hære. & l. j. §. qui sunt. si quis omis. cau. test.
g l. cum quasi. §. sed & si quis. de fideicom. lib.
h l. conditionibus pup. de cõdi. & de.
i l. secundum naturam. de reg. iur.
k l. asiduis. in fi. C. qui potio. & l. fin. §. sed & si quis. l. fi. C. cõmu. de le.
l l. tutori. C. de neg. gest.
m l. si non fuerint. §. fina. pro socio.

cedere: ei enim cedit cuius maior est species. quod rectè expreßit. Semper enim, cùm quæ rimus, quid cui cedat, illud spectamus, non quid pretiosius sit, sed quid cuius rei ornandæ causa adhibeantur: ut semper acceßio cedat principali.

Ad l. & si non sint. §. perueniamus.

Testator legauerat uasa aurea Titio, in illis gemmæ inclusæ erant ornatus gratia: quæritur, an etiam gemmæ debeantur. Dubium faciebat, quoniam gemma est pretiosior auro, ideoq; ei cedere non deberet. Absurdum[a] etenim uidetur, id quod pretiosius & dignius est, uiliori cedere. Sabinius tamen cui etiam Pompo. subscribit, hoc casu gemmas auro cedere definiuit. & decidendi ratio fuit: quoniam gemmæ auro inclusæ fuerant, gratia ornandi uasa, & sic propter aurum, unde aurũ uelut principale accessorium ad se trahere debet. Ex hoc pulcherrimo responso sequẽtia axiomata quisque, uel mediocriter doctus, facilè deducet.

Cùm[b] quid est propter aliud, consideratur id propter quod est.

Omnis[c] actus à fine iudicatur.

Finis[d] est dignior & nobilior his, quæ sunt ad finem.

Media[e] sequũtur naturam sui finis, & ab eo regulãtur.

Omne[f] agens agit propter finem, & ad eum principalis intentio dirigitur.

Finis[g] est primus in intentione, & ultimus in executione.

a §. si quis in aliena tabula. instit. de rer. diuisio.

b l. si vt habiliter. & l. si quando. de aur. & arg. lega.

c l. verum. de furtis.

d Aristote. ij. physico.

e l. oratio. de sponsali.

f l. j. sol. ma. & l. eã quã. vbi Bal. in princ. C. de fideicom.

g l. j. C. de execut. rei iudic.

In omni[a] *actu uel dispositione attenditur, quod principaliter agitur.*

Quæ[b] *de sui natura sunt separabilia, ratione accessionis fiunt indiuidua.*

Idem[c] *iudicamus de augmento, quod de principali.*

Aucti[d] *& augmenti idem est iudicium.*

Quotiescunq;[e] *aliquid uenit ad perfectionem alterius, non facit per se partem, sed idem corpus reputatur.*

Plura[f] *diuersa simul iuncta, pro uno habentur.*

V*bi*[g] *duo propter unum, ibi unum tantum.*

Connexorum[h] *eadem est iuris determinatio.*

Accessorium[i] *semper & indistinctè cedit principali.*

V*oluntas*[k] *hominis rerum omnium naturam & qualitatem disponit.*

In actibus[l] *hominum pretiosiora sæpe uilioribus cedũt.*

Regulariter *dignius*[m] *& pretiosius, minus dignum ad se trahit, nisi dignius accessoriè concurrat.*

Regulariter *concurrentibus*[n] *quantitate extensiua & intensiua, præfertur intensiua, nisi ad extensiuam accessoriè referatur.*

Naturalis[o] *rei qualitas non attẽditur, sed hominis usus & destinatio.*

Propter[p] *hominem natura rerum omnium species comparauit.*

a l.si quis nec causam.ff.si cert.pet.
b l.fin.§.fructus.quæ in frau.cred.
c l.cum fundus.de legatis ij.
d l.iij.de iure dot.
e l.gemma.ad exhib.Imo.in rub.de stipulat.versi.tertio est descendendũ.
f l.sed si plures.§.filio.de vulga.& pupil.
g l.quominus.de flumin.
h l.eum actũ.de neg.gest.& c.translato.de cõsti.
i cap.accessorium.de regu.iur.
k l.villæ.§.si na.de fund.instru.
l §.preterea.versi.quinetiam.insti.de actio.
m §.si in aliena.instit.de rerum diuisione.l.iustissime.de ædil.edic.iuncto §.si tamen alienam.& §.literæ.instit.de rerum diuisione.
n l.maiorem.de pac.
o l.hoc legatum.& l.item legato.de legatis tertio.& l.si quando.de auro & argento le[illegible]
p l.in pecudu[illegible]n fi.de vsu.

Hæc,

Hæc, & alia innumera ex præmissa lege colligi possunt. Similiter ex Vlpiano, dum inquit:

Nihil cōmune habet proprietas cum possessione, & ideò non denegatur ei interdictum uti posidetis, qui cœpit rem uēdicare. Non enim uidetur possessioni renuntiasse, qui rem uendicauit.

Plurima notatu digna colliguntur.

Primò, proprietas [a] & possessio, sunt diuersa & separata.

Diuersa [b] reputantur quæ non conueniunt in materia de qua agitur.

Nihil cōmune [c] habere dicuntur quæ non sunt eiusdem rationis, respectu de quo agitur.

Ex diuersis [d] & separatis non fit illatio.

Separatorum [e] separata est determinatio.

Secretorum [f] secreta debet esse ratio.

Separatarum [g] potestatum, separati sunt effectus.

Post intentatum petitorium potest intentari possessorium retinendæ.

Qui rem cœpit uendicare, non prohibetur possessorium cumulare.

Intentans primò petitorium, non uidetur suæ possessioni renuntiare.

Quando plura [h] remedia competunt ad diuersa electione unius, non censetur alteri renuntiatum.

Vel, Plurium ad diuersa competentium, uno electo

Ad l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poss.

a l. j. §. j. vti posside.
b l. inter. §. sacrā. versi. sed hæc dissimilia. de stipula.
c l. papinian. exuli. de mino. l. scaphā de euictio.
d l. fi. de calū.
e l. si marit⁹. la. j. in fi. C. de do. inter vir. & vxo.
f Glo. in. l. de bonis. ī pri. de carb. ed.
g l. iij. §. si tutor. iud. sol.

Hic textus est singul.

h l. si idē cum eodē. de iuris. om. iu. l. fin. C. de anna. exc. l. cū quęritur. de exce. rei iu. l. qui bona. §. si qs op⁹. vbi Pau. de Castr. in fi. de dā. infe.

cætera non excluduntur.

Renuntiatio[a] est stricti iuris, & ultra expressos limites non extenditur.

Diligens[b] & solicitus in agendo, ius suum minuere non uidetur.

Inducta[c] ad unum finem non operātur contrariū effectū.

Inducta[d] ad augendum non operantur diminutionem.

Possessorij[e] cum petitorio ratione citioris expeditionis permittitur cumulatio.

Verba[f] præteriti temporis ad initium actus sæpißimè referuntur.

Alia permulta studiosus lector facilè elicere poterit.

Item ex Pomponio, tit. de fluminibus, cùm ait:

Ad l. quo modo ius.

Quominus publico ex flumine ducatur aqua, nihil impedit (nisi Imperator aut Senatus uetet) si modò ea aqua in usu publico non erit. Sed si aut nauigabile est, aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere.

Notari possunt sequentia enuntiata.

Publica[g] res ad priuatum commodum trahi potest, dummodò status publicus non lædatur.

Quod[h] nemini nocet & alicui prodest, facilè indulgendum est.

Contra[i] præceptum superioris, nihil est licitū attentare.

Probibitio[k] superioris facit illicitum, quod aliàs licitum foret.

a l. si domus. de ser. vrb. prædio.
b l. aliā. de nouatio.
c l. legata inutiliter. de adi. lega.
d l. si mancipia. de fun. instruc. leg.
e l. cum fundum. §. fi. de vi & vi arma. c. pastoralis. de cau. poss. & proprie.
f Vēdicauit. id est, vēdicare cœpit.
g Insti. de re. diui. in prī. versi. nemo igitur.
h l. in summa. §. itē varus. de aqua pluuia arcen.
i l. j. de oper. no. nūtia. l. fer. §. cum prætor. ad trebel.
k l. prętor ait. §. j. de ope. no. nunt.

Supe

Superioris[a] *authoritas pro ratione habetur.*
Par[b] *est potestas Principis & Senatus.*
A' pari[c] *potestate par causatur effectus.*
Vbi[d] *duo propter unum, ibi unum tantum.*
Causæ[e] *& causati idem est iudicium.*
Idem[f] *disponitur de causa causante effectum, quod de ipso effectu.*
Virtus[g] *unita, fortior est separata.*
Vtilitas[h] *publica priuatorum commodis est præferenda. Item ex Paulo tit. de furtis. dum inquit:*

Cùm creditor rem sibi pignoratam aufert, non uidetur cõtrectare, sed pignori suo incumbere.

Ad l. cum creditor. de furtis.

Elicimus:

Effectus[i] *qui ex multiplici causa colligi potest, iustiori causæ ascribitur.*
In dubio[k] *delictum non præsumitur.*
Omnis actus[l] *ab intentione iudicatur.*
Semper[m] *in ambiguis nobilior præsumptio capiẽda est.*
Actus[n] *dubius in meliorem partem accipi debet.*
Nemini[o] *uim aut iniuriam facit, qui suo iure utitur.*
Sine[p] *animo lucrandi furtum non committitur.*
Omnis[q] *causa colorata excusat à dolo.*
In dubio[r] *præsumitur quis ius suum tueri, non iniuriam*

a §. si quod princ. inst. de iure nat. gent. & ci.
b l. vni. C. de senatuscõs.
c l. de quib⁹. de legi.
d l. si vt habi liber. de au. & arg. lega.
e §. si autẽ. in fin. de aqua plu. & l. nõ ideo. C. de hære. insti.
f l. & si amicis. ad l. iul. de adul.
g l. q primũ. de acq. hęr.
h Authentica res quæ. in fi. C. cõmu. de lega.
i c. estote. de regu. iur. in antiquis.
k l. merito. pro socio.
l l. j. C. ad l. cor. de sica.
m l. quint⁹. de dona. inter vi. & vxo.
n d. c. estote. de reg. iur.
o l. si in meo. de aqua pluui.
p l. si quis testamentum. in fi. de furtis.
q l. igitur. vbi glos. de libe. cau.
r l. fluminum. in fin. & l. proculus. de dam. infec.

committere.

Succurrit aliud Marcelli, tit. de stipulatio.

Ad l. qui seruum. de stipulatio.

Qui seruum mihi ex stipulatu debebat si in facinore eum deprehenderit, impunè eum occîdit: nec utilis actio in eum erit constituenda.

Hinc notare possumus:

Interitus[a] rei promissæ, citra culpã promissoris, ad creditoris periculum spectat.

Promissor[b] serui in delicto postea reperti, seruum impunè occidere potest.

Damnum[c] iustè illatum nemini imputatur.

Legitimè[d] factum pœnam non meretur.

Non attenditur[e] factum, sed causa faciendi.

Nemini[f] iniuriam facit qui suo iure utitur.

Principalis[g] intentio in omni actu consideratur.

Effectus[h] in consequentiam redundans non attenditur.

Omnis[i] promißio intelligitur rebus sic stantibus.

Quæ[k] de nouo emergunt, nouum consilium postulant.

Ex[l] causa licitum est à pacto, uel promisso recedere.

Possem hîc (ornatißimi iuuenes) plurima, & quasi infinita id genus exempla cumulare, quæ (licet methodi seu introductionis limites excedere uiderentur) uobis tamen, & magno usui forent, & non modicã delectationẽ afferrent: nisi spes esset in omnes Digestorum libros, cõmentarios nostros breui in lucem exituros. Interea his pauculis, exempli tantum gratiâ, contenti eritis. Nunc ad reliqua progrediamur.

a l. legis aql. in fin. ad l. aquiliã. & si ex legati. de stipulatio.
b l. qui occiderit adulterum. ad leg. aquil.
c l. si ex plagis. §. tabernarius. ad l. aquili.
d l. gracchus. C. de adult.
e l. verum est. ij. de furt.
f l. proculus. de dã. infecto. & l. si in meo. de aqua plu.
g l. si quis nec causam. si cert. pet.
h l. j. de auth. tuto.
i c. cũ inter. p. gualfredi de renunti.
k l. de ætate. §. ex causa. de interro. acti.
l c. quemadmodum. de iureiuran. l. tres fratres. de pactis.

¶ Regularum seu axiomatum formulas varias esse, & pro cuiusque ingenio componendas.

Caput X.

VBI studiosus iuuenis, iam ingenium atque artem tractandi leges assecutus, uera illarum sensa per rationes & causas discutere, & tam ex uerbis quàm ex mente notabiles sententias, regulasq́;, & axiomata colligere, excerpereq́; didicerit, summa ope niti debet, ne alienis laboribus aut uigilijs omnino incumbere uideatur. Proinde regularum formulas suo sibi ingenio nouas excudet, nunc breuius, nunc clarius, & si fieri possit, purius ac elegantius. Eas autem (ut suprà abundè ostendimus) duplicis generis esse constat. Nam aut facti speciem (quæ in tota lege prolixius enarratur) breuius perstringit: idq́; summarium uulgò appellant, latinius summa[a] uel epitome diceretur: aut causam tantum seu rationem legis subtiliter complectitur. Primum genus ad uerba, alterum ad mentem refertur. Quæ res (tametsi in precedentibus capitibus copiosè satis tractata fuit) non inutiliter tamen, ut commodius aliquid suppleatur, hoc etiā loco repetita uidebitur. [b] Inquit Pomponius, tit. de stipulationibus, seu uerbo. obligationibus.

a l. in summa. de condict. inde. l. in summa. de aqua pluu. arcen.

b l. j. §. nulla itaque. in ti. C. de veteri iur. enucl.

Qui bis idem promittit, ipso iure amplius quàm semel non tenetur.

Ad l. qui bis idem. de stipulatio.

Iam perpende quid primum ex uerbis, & in specie colligas: Geminata promißio semel tantum obligat. Dicet alius: Eadem res bis eidem promitti aut solui non potest. [c] Alius uerò sic: Duplex obligatio eodem iur

c §. sic itaque discretis. in ti. de actio.

& respectu non admittitur. Ecce ut paucioribus uerbis facti speciem conclusisti. Nunc subtilius causam, seu rationem aliquis ita deduceret: Duorũ ad idem suffragantium alterũ est superfluum.[a] Alius sic: Ex pluribus causis ad idem tendentibus, una sufficit ad effectum.[b] Alius sic: Lex nihil superfluum tolerat. Vel sic: Leges superuacuis remedijs non utuntur.[c] Vel sic: Ars nihil frustrà operatur, quia naturam imitatur,[d] quæ nihil frustra aut perperàm agit.[e] Postrema hæc, non quidem ex uerbis, sed omnino ex mente legis eliciuntur. Vlpianus ait:

Qui sic soluit ut recuperet, non liberatur: quemadmodum non alienantur nummi qui sic dantur ut recipiantur.

Ex uerbis primum ita colligis: Imaginaria solutio non releuat.[f] Ex mente uerò sic: Actus simulatus nullius est momẽti.[g] Vel sic: Momẽtaneus actus non cõsideratur.[h] Extat celebre responsum Gordiani Imperatoris sic dicentis:

Non ideò minus uxor tua iure hæres uidetur instituta, quòd non uxor, sed affinis testamento nominata est.

Hinc notant Doct. uerbalem regulam seu epitomen, quæ talis est: Non uitiatur institutio si uxor appellatur affinis. Nos uerò aliquantulum generalius: Falsa demõstratio non uitiat dispositionem.[i] Nam uxor affinis quidem uiro non est, sed principium & causa affinitatis.[k] Proinde ex mente legis Doctores eliciunt. Idem iudicatur de

princi

[a] l. iij. §. si qs ex liberis. de bon. pos. contra tab.
[b] l. si quis ita scripserit. de hær. inst. l. plura. in prin. de act. & oblig.
[c] §. quib⁹. in j. consti. C.
[d] l. hæc stipulatio. §. diuus. vt leg. no. cauea.
[e] §. minorẽ. inst. de ado.
[f] Arist. ij. de cœlo & mũdo.

Ad l. qui sic. de solutio.

[g] l. imaginaria. de reg. iur.
[h] l. simulate. de ritu nup.
[i] l. quicquid calore. de regul. iur. l. iij. de diuor. et rep.

Ad l. non ideo minus. C. de hær. insti.

[k] l. falsa. de cõdi. & demonstr.

principio effectus, quod de ipso effectu. [a] Alij *uerò breuius: Causæ & causati idem est iudicium.* [b] At *cur uxorem affinem dici posse negamus, cùm ipsa sit causa affinitatis, & cùm propter uxorem alij efficiantur affines?* [c] *Naturalis etenim & uulgaris est regula:* Propter quod *unumquodque tale, & illud magis.* Vel *clarius:* Quicquid *est causa ut aliud sit tale, ipsum est maximè tale.* Nempe *cùm propter solem uel ignem, reliqua corpora calida reddãtur, ipsos cõstat esse maximè tales.* Quòd *si uxor uiro affinis est, quo pacto inter eos coniunctio corporum non probibetur?* Sed *bactenus iocari licuerit.* Planè *regularum seu axiomatum formulas, pro cuiusque stilo & ingenio posse ad libitũ componi, innumeris tum iurisconsultorum, tum doctorum exemplis facilè ostendemus.* Inquit *Vlpianus:* [d]

Factum alterius alij nocere non debet.

Idem alibi: [e] Alieno *facto nullus oneratur.*

Idem alibi: [f] Alterius *dolus aut desidia alteri nocere non debet.*

Celsus: [g] Alieno *facto ius alterius non mutatur.*

Papinianus: [h] Non *debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*

Caius: [i] Non *debet alterius collusione aut inertia alterius ius corrumpi.*

Scæuola: [k] Alterius *negligentia ad alienam iniuriam referre non debet.*

Paulus: [l] Vnius *factum cæteris non debet esse damnosum.*

a l. nõ facile. §. affines. iũc. glos. in verbo ex nuptijs. de grad. affi.
b l. quomin⁹. de flu. l. si qs nõ dicã. C. de ep. & cl.
c l. & si amicis. ad l. iul. de adulte.
d dict. l. nõ facile. §. affines.
e Arist. ij. metaphy. auth. multo magis. C. de sacrosan. ecc.
f in l. de pupillo. §. si plurium. de ope. no. nũ.
g in l. in causę. de proc.
h in l. electio. in fi. de noxal.
i in l. nam satis. §. si. quẽ admo. seruit. amit.
k in l. non debet. de reg. iur.
l in l. si pariter. de libera. causa.
m in l. iij. de transactio.
n in l. hæredes. §. in illa[...] fami. hercicundæ.

Idem: [a] Non debet alijs nocere quod inter alios actũ est.

Idem: [b] Alterius negligentia aut cupiditas, ei qui diligẽs est nocere non debet.

Neratius: [c] Alienus dolus, alij nocere non debet.

Callistratus: [d] Vnusquisque ex suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur.

Alphenus: [e] Nemo ex alterius facto obligatur uel excluditur.

Ecce quàm diuersis formulis iurisconsulti eandem sententiam explicarunt. Idem quoque à doctoribus nostris sæpenumerò obseruatum notauimus. Nam Bartolus [f] uulgatum axioma ita protulit:

Vbi militat eadem ratio, idem ius statui debet.

Baldus [g]: Quos ratio connectit, non debet iuris dispositio separare.

Portius: [h] Rationis identitas, non patitur decisionem similium casuum esse diuersam.

Interpres iur. Cano. [i] Similis æquitatis ratio similia iura suadere uidetur. l. fi. C. ad leg. falcid.

Aliqui uerò: Vbi diuersa ratio aßignari non potest, diuersum ius induci non debet. l. à titio. de stipulatio.

Alij: Paritas rationis, paritatem exigit dispositionis.

Alij: Simile factum simili iure finitur.

Alij breuius: Eadem ratio, idem ius.

Possem hìc ex regulis quoq;, uel à nobis omnino compositis, uel reformatis innumeras adducere, quæ breuitatis gratiâ omittuntur: præsertim cùm in libro nostro Axiomatum (qui iam sub prælo est) plenißimè cumulentur.

a in l. quia. de iureiur.
b in l. si non expedierit. §. si pupillus. de bon. aut. iud. possid.
c in l. si procurator. l. ij. de doli excep.
d in l. crimen paternum. de pœnis.
e in l. paterfamilias. de hære. insti.
f in l. illud. ad l. aquil.
g in l. maximum vitiũ. C. de libe. præte.
h Paßim in cõmẽtarijs institutio.
i in c. cum dilecta. de confirma. vtil. vel inutil.

Quam

¶ Quam ob rem Iurisconsulti magis per facti species, quàm generales regulas processerunt.
Caput XI.

DVPLICI ratione factum existimo, ut iurisconsulti non per uniuersales, sed speciales facti definitiones, ciuilis disciplinæ præcepta tradiderint. Nanq; dempto singulari libro, qui De regulis iuris inscribitur (de his loquor quæ ad nos peruenerũt) reliquum ferè operis solas facti species atq; indiuidua cõplectitur. Hunc autẽ scribendi morẽ, prudentes nostros secutos arbitror, tum quòd eis cõcessa de iure respõdendi à Cæsaribus potestate,[a] multorũ quæstionibus satisfacere cogebãtur: quæstiones autẽ non in genere, sed próut ex facto singulis occurrebant, proponebantur ac definiebantur. Etenim in rem quisq; suam non in alienam, consiliũ quærit:[b] unde & Prudentũ responsa appellata sunt,[c] tum etiam, quoniam omne ius nostrum in facto positũ est,[d] & quælibet minima facti uarietas ius reformat.[e] Vt igitur in tam necessaria & frequẽti arte certiora præcepta traderentur, non per generales regulas, sed per singulares decisiones, ius ad facti species retulerunt, innumerisq; digestorum libris, & legum myriadibus ea specialiter distinxerunt, quæ multò paucioribus, & generalibus præceptis perstringi potuissent, nisi tanta factorum uarietas obstitisset. Cùm enim natura nouas formas excogitet,[f] continuæq; inter mortales recentes facti species oriantur, non tam facilè aut commodum fuisset in uniuersum omnia definire, quàm per singula ex genere & circunstantijs (ut Neratio placuit)[g] decidendo procedere.

a l.ij. ad fi. de orig. iu.
b l. præses. C. de seruitu. & aqua. l. plures. de dam. infec.
c §. responsa prudẽtũ. insti. de iu. natura.
d l. si ex plagis. §. in cliuo. ad l. aql.
e l. interpositas. C. de transact.
f l. ij. §. sed quia diuinæ. C. de uet. iur. enucle.
g in l. penult. de impens. in reb. dot. [illegible]

Qua ratione motus uidetur Vlpianus*, cùm uoluit omnem definitionem in iure ciuili periculosam haberi, rarumq́; esse ut subuerti non poßit.* [a] De generalibus *autem definitionibus, per modum regulæ procedentibus eum sensisse, titulus, cui lex illa subijcitur, satis ostendit.* [b] *Quod nec interpretem latuit, qui non descriptionis, sed regulæ meminit: tametsi pleriq;* Vlpianum *de diffinitione rerum sensisse temere existimarunt.* [c] Periculosam *uerò esse omnē in iure regulam, uel hinc probatur, quòd regulas generales atq; uniuersales esse oportet,* [d] *& ad tollendā uniuersalem consequentiā sufficit instantiā dare.* [e] *Nam per instantias, & exceptiones uitiari regulas planum est.* [f] Porrò *instantias atque exceptiones, perpetua factorum uarietas, circumstantiarum diuersitas, & ipsius quoque humanæ naturæ inconstantia aßiduas pariunt.* [g] Accedit *generis obscuritas, quæ legibus maximè refragatur.* [h] Cùm *enim in lege nihil magis desideretur quam claritas,* [i] *& ex genere incertitudo plerunque nascatur,* [k] *commodius uisum est singulis fermè causis, singulas leges applicare.* [l] Verùm *cùm ipsi uideamus omnē mundi artem suis generalibus constare præceptis, omnemq́; perfectam scientiam, non tantum ex singulorum, sed ex uniuersi cognitione pendere,* [m] *nostrum erit studium, noster labor, ex tot legum ac responsorum chiliadibus, quas maiores nostri non iniquis rationibus congeßisse uidentur, uniuersalia præcepta deducere, & subtili ingenio ipsum ius ciuile per tot species siue indiuidua sparsum, ad breuem artem, methodumq́; redigere.* Quod *facilè facturi estis (studiosi iuuenes) si hæc*

a in l. omnis definitio. de regu. iur.
b l. imperatores. in fi. de in di. addi.
c aliud est enim definire. l. si quis cū totum. §. j. de exce. rei iu. l. cum ratio. de bo. dāna. aliud diffinire. l. j. §. dolū. de dolo.
d l. regula. §. fin. de iu. & fa. igno.
e l. si is qcc. §. vtrū. de reb. dub. gl. & doct. in l. creditori. de ope. no. nuntia.
f l. j. de regu. iur.
g d. §. sed qa diuine. C. de vete. iu. enucle.
h §. illud aūt. in proe. digestorum.
i l. leges, C. de legib. c. erit autem. dist. iiij.
k l. ita fidei. de iur. fisci. l. legato generaliter. de leg. j.
l §. alio [illegible]

si hæc nostra quãtulácũq; præcepta, præsertim quæ tribus proxime præcedẽtibus capitib. tradita sunt, minime neglexeritis, sed toto uobis studio duxeritis amplectẽda.

quib. mod. testa. infir. l. singulis. de exce. rei iu. m l. j. si cer. pe ta. §. his igi tur. insti. de iust. & iur.

¶ Quãta sit assiduæ disputationis vtilitas, quam'ue proficua proborum iuuenum consuetudo.

Caput XII.

PROPERANTIBVS *ad iuris ciuilis scientiam, cupientibusq; ad perfectum eruditionis gradum quàm celerrime peruenire, præter ea omnia quæ superioribus capitibus tradita sunt, unum maxime necessarium uidetur, crebra frequensq; disputatio. Nempe ex ea infinita prope commoda nascuntur: ingenij, memoriæ, linguæ, promptitudinis, audentiæ seu fiduciæ, &, quod omnium potißimum est, ueritatis. Trita est Marcelli sententia: Omne artificium continua exercitatione recipere incrementum*[a], *sine qua artificis ingenium rubiginem contrabit. Exercitatio uerò nulla utilior honestiorq; legum cultoribus esse potest, quàm aßidua de iure conflictatio. Porrò ingenium, si obtusius fuerit, acuitur: si per se ualeat, uehementer intẽditur, fitq; perspicacius. Memoriæ uerò nihil esse potest conducibilius: quippe cuius tanta est infirmitas,* [b] *ut nisi frequenti commemoratione iugiter renouetur, in totum facile pereat. Frustrà equidem noctes insomnes duxeris, dies sine otio & cessatione transegeris, legum centurias numeraueris, doctorum opiniones percurreris, nisi hæc ipsa summo labore confecta, fidelis memoria conseruet, tibiq; (quoties res ipsa postulauerit) prompta restituat. Linguam quantum erudiat poliatq; aßidua disputatio, superuacuum est demon*

a in l. legatis. §. ornatrici bus. de leg. tertio.

b l. peregre. de acq. pos. l. si arbiter. de proba.

strare. Nam hoc ipsius linguæ proprium exercitiũ est. Vix enim fieri potest, ut quæ toties repetieris, non semel bene pronunties. Audentiam siue fiduciam, ex frequenti congressu generari, nemini obscurum est. Videmus enim quotidie, adolescentulos præ nimia quadam formidine ac uerecũdia titubantes, ex circularibus palæstris, crebraq́; disputatione promptos, audentesq́; fieri. Quod non inuenustè quidem mythographus ille Phrygius in uulpe & leone confinxit: Vulpes (inquit) cùm leoni nunquam anteà uiso, casu occurrisset, primùm sic timuit ut penè exanimata consideret: deinde cùm secundò uidisset, timuit quidem, sed leuius. Cùm autem & tertiò in eundem incidisset, sic animum extulit, ut & accederet, & colloqueretur. Nempe significans nihil adeò durum difficileq́; uideri, quod assuetudine non facilè superetur. Veritas autem quonã pacto tutius faciliusq́; inueniri potest, quàm disputando? Nam & Archadius multa Herennium Modestinum, & notando, & disputando optima ratione decreuisse refert.[a] Ad hæc igitur commodius peragenda, debet probus iuuenis (qui legibus dare operam cupit) similis uitæ & conditionis æquales sibi socios, sodalesq́; diligere: sanè candidos, mites, & modestos, qui & abstinere, & sustinere didicerint: quibuscum, non de rebus lasciuis aut inanibus fabulis, sed de legibus, de ciuilibus præceptis, de causis & rationibus iuris continuè loquatur: à somno, à cibo, à studio, à lectione meditata proponat, lecta conferat, audita commemoret: inter deambulandum leges occurrant, inter calices iuris controuersia suscitetur: nullo loco, nullo tempore ser-

a In l. munerũ. §. mista. de muneri. & hono.

sermo de legibus intermittatur. Hoc pacto *quis non speret ad summum eruditionis gradum se, & facilè, & celeriter peruenturum?* Hoc unum *(dilectißimi iuuenes) uos perpetuò cogitare uelim,* Nihil *improborum iuuenum commercio pestilentius, nihilq́; ad uirtutum studia bonorum consuetudine præstantius inueniri.*

¶ Paucos & idoneos authores eligẽdos, in eisq́; diligenter versandum.

Caput XIII.

E TSI *ingenioso legum professori, neque multitudine librorum, neque doctorum copia opus esse, aliquando firmauimus, ueruntamen (quoniam plerunque delectat multorum uidere sententias, & quo quisque ingenio præditus fuerit, eorum maxime qui in sua facultate celebres extiterunt) paucorum lectioni uacare permittimus: suademusq́; in hac nostra legali disciplina eos tantum doctores eligendos esse, de quibus uir ille æterni nominis Alciatus iudicium elegantißimum tulit.*

In iure primas comparatus cæteris
Partes habebit Bartolus.
Decisiones ob frequenteis, actio
Baldum forensis sustinet.
Non negligenda maxime est tyronibus
Castrensis explanatio.
Opinionum tutius Symplegadas
Superabis Alexandro duce.
Ordinus Iason, atq; lucis nomine
Videndus est properantibus.

His

His si quis alios addiderit interpretes,
Onerat quàm honorat uerius.

Ego unum addendum censeo, in quo, quantum ad leges pertinet, desiderari nihil potest, Ioannẽ ab Immola doctorem irrefragabilem, Alexandri Aretiniq; præceptorem, qui nunquam hallucinatus creditur: in causarum & rationum cognitione, in difficilium articulorum explicatione ita uersatus, ut qui eo careat, optimo doctore careat. Eum profectò tertium à Bartolo locum obtinere, nemo rectè negauerit. Vtrũque Ius suis diuinis commentarijs sic illustrauit, ut quicquid boni Alexander, Iason, cæteriq́; recentiores congeßisse inueniuntur, id ut plurimum Ioanni ab Immola communi præceptori accepto ferre teneantur. Fuit quidem Immola (ut paucis absoluam) & in conciliandis legibus ingeniosißimus, & in rationibus peruestigandis (quam optimam iuris ciuilis partem esse docuimus) omniũ diligẽtißimus. Vnde iudicium ita meum proferre non dubitarem:

Iuris doctorum (si quis mea uota requirat)
Ex tota hic numerus, classe legendus erit.
Bartolus & Baldus, Paulus, Tartagnus, Iason,
Et gemini referans Immola iuris opes.
Præterea his alios, si quis superaddere tentet,
Officiet studijs uerius ille suis.

Hos in Commentarijs uehementer excelluisse constat, Consilijs uerò (uno dempto) non tantopere probati. Quamobrem quatuor pro Consilijs omnino eligendos censeo: duos quidem legum copia, & sermonis breuitate præstantes, Ancharanum & Romanum: cæterũ duos

opi

opinionum cumulis utilißimos, Alexandrũ & Decium. Non inficior ſanè Oldradi, Fulgoſij, Comenſis, Pauli, Cornei, Aretini, Socini, Curtij Senioris, & cõplurium aliorum uota ualdè probari: uerùm ſi ex multis (ut de commentarijs ſenſimus) pauci eligi debeant, proculdubiò quatuor præſcriptos cæteris potiores eſſe conſtabit. Nempè ſi horum Conſilia diligenti ſtudio reuoluantur, adeó perfecta atque elaborata inuenientur, ut nihil aliunde petendum uideatur. Próinde (acutißimi iuuenes) non authorum multitudini ſtudeatis, ſed ex multis meliores uobis proponite, quorum lucubrationibus, ac monumentis ita inſiſtite, ut ex ſtudijs ueſtris fructum ſolidum atque huberrimum referatis.

¶ In cuiuſque legis elucidatione octo maximè obſeruanda. Caput XIIII.

HAVD QVAQVAM *extra propoſitæ materiæ rationem fore putaui, clarißimi iuuenes, ſi ordinem quoque in explicandis legibus obſeruandum præſcriberem, ne quid uobis ad perfectam eruditionem noſtra opera deſit: quamuis locus hic doctoribus iura interpretantibus magis neceſſarius uideatur. Ad plenam igitur legum interpretationem octo maximè deſiderantur, quæ ſequenti carmine perſtringuntur.*

Præmitto, ſcindo, ſummo, caſumq́; figuro,
Perlego, do cauſas, connoto, & obycio.

Præmitto.

In primis enim pro euidentia illorum, quæ ad ſubiectæ materiæ declarationem reſpiciunt, ſemper aliquid præ-

mitten-

mittendum est[a] *: ueluti connexarum materiarum distinctiones, terminorum ac uocabulorum diffinitiones*[b] *, generalis & compendiosa totius materiæ de qua agitur declaratio, & similia.* Præfationes enim (ut eleganter uoluit Caius[c]) *ad lectionem propositæ materiæ libentius perducunt, & eò perductus euidentiorem præstant intellectum.*

Scindo.

Secundò, quoniam partitio(teste Accursio[d] *) animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè reformat, & secundũ Iustinianum:*[e] *difficultas ex permista traditione procedens, per separationem explicatur. Quemadmodum & agrorum diuisio uberiorem culturam reddit,*[f] *lex ipsa in partes congruas diuidenda est: sic tamen ne diuidantur ea quæ simul cohærent, & ad unius perfectionem tendunt,*[g] *uel ad eundem finem concurrunt: uelut dictum à sua causa, uel responsum à quæstione proposita. Talia enim, cùm sint ratione & fine indiuidua, pro uno haberi debent,*[h] *quæ si in partes scinderentur, non diuidi quidem, sed (ut Baldus rectè sensit*[i] *) potius destrui uiderentur. Diuisionem autem commodam recipiunt, quæ separatam habent rationem, & diuerso fine clauduntur: ueluti cùm plura dicta in eadem lege æquè principalia cumulantur, uel plures diuersæ facti species terminantur: ut in Vlpiani legibus*[k] *plerunque uidemus, qui inter cæteros iurisconsultos eo potißimum nomine cõmendatur quòd & uarios casus, & quàm breuißime soleat eadem lege decidere. Próinde*

a l. proponebatur. uers. quibus ita præmissis. de castr. pecul.
b l. j. si cert. peta. l. j. de doli excep.
c In. l. j. de origi. iur.
d In proem. inst. §. igitur. in uerbo partiri.
e In §. alio. insti. qubus mod. test. in fir. & in §. sed ne in primis. de legi.
f l. caius. §. titius. de legat. ij.
g l. & si non sint. §. pueniam?. de auro & arg. le. Imo. in rub. de stip. uersic. iij. est de scendendũ.
h l. sed si plures. §. filio. de vulga.
i In rep. l. perens. C. de pact. & tex. in l. ij. §. si quid autẽ. C. de vete. iur. enucle.
k In l. illicitas. de offi. præs.

inde tunc ſolùm utilis diuiſio cenſetur, cùm ſeparabilium confuſio euitatur.

Summo.

Tertiò, quoniam breuitas[a] *magis delectat, & quæ compendiosè traduntur*[b] *cùm addiſcantur facilius, tum diutius retinentur, uniuerſa legis ſententia in epitomen ſiue ſummam*[c] *redigenda eſt. Qua de re latius ſuprà* IX. *&* X. *capitibus tractatum eſt.*

Caſumq́; figuro.

Quartò, ne ex tali compendio, uel breuiori narratione obſcuritas fortaßis inſurgeret, iuxta illud Horatianũ:[d]

Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio.

Quod ſanè legis interpretationi non parum detraheret, nec leue aliquando diſcrimen[e] *afferret, uniuerſa facti ſpecies (maximè nouitiorum gratiâ) ad unguem recenſenda eſt, caſusq́; totius legis planius exponendus*[f].

Perlego.

Quintò legenda eſt litera, legisq́; contextus uerbotenus percurrẽdus, cùm ut facti narratio uerbis legis cõgruere uideatur,[g] *tum uerò (ſi quid fortè inemendatum, uel librariorum incuria deprauatum inueniatur) ſubtili iudicio caſtigetur.*

Do cauſas.

Sextò, ne uel in caſu indubitato,[h] *uel ſine ratione lex facta uideatur, cauſæ tum dubitandi, tum decidendi diligenter perueſtigari debent, ut ſuprà capite quarto & quinto latißimè declarauimus.*

a l. j. vbi gl. quod metus cauſa.
b l. j. de regu. iur.
c l.in ſumma. de cõd.ind. & l.in ſumma.de aqua pluuia.
d Horat.in arte poetica.
e §. illud autem.in proemio Digeſt.
f l. vt reſponſum. C. de trãſac.l.precibus. C.de impub.
g l. quod conſtitutum. de mili.teſt. & l.iiij. §. toties. de dã. infec.
h l.domitius. de teſtam.l. quod labeo. de carb.ed. l.ancillæ.C. de furt. l.j. ad municip.

Con

Connoto.

a l.scire leges de legi.& l. ij.C.cõmu. de leg.l.iij. C. de liber. præterit.

Septimò, ne uerbis [a] *potius, quàm menti inhærentes (quod à iuris ratione omnino alienum esse docuimus) legis definitionem ad propositam tantùm speciem restringamus, generales regulas, ac notabilia dicta ex omni eius parte colligere debemus, casumq́; decisum ad omnes alios ex similitudine facti, uel rationis protendere, & subtiliter adaptare.* [b] *Quod quemadmodum faciendum sit, suprà capite octauo, nono, & decimò abundè monstrauimus.*

b l.non solũ. §. qui primipilum.de excu.tuto.

Et obijcio.

Octauò & ultimò, quò perfecta omnino legis intelligẽtia habeatur, & prorsus nihil dubitationis supersit, contraria & oppositiones, tam ex glossematis, quàm ex Bartolo, cæterisq; doctorib. in uerba & sententiã ipsius legis excitare debemus: ut suprà cap. VI. diffusè tractauimus: quibus tandem ingeniosè, ac subtiliter, tum ex uarietate facti, tum ex rationis diuersitate sublatis, [c] *lex ipsa cum uniuersa eius materia, perfectißimè enucleata atq; intellecta remaneat.*

c l.ij.§.cõtrariũ.C.de uete.iu.enucl.

Hunc uobis (ornatißimi iuuenes) ordinem in interpretandis legibus obseruandum, libẽter perstringere uolui, ut cùm ad metam laborum uestrorum perueneritis, lauream consumati certaminis adepturi, puncta legum uobis ad periculum proposita, non confusè (ut plerique solent) sed dilucidè, atque eleganti ordine recitetis. Quod cum audientibus patribus iocundißimum fuerit, tum uobis ipsis perpetuæ laudis afferet ornamentum.

¶ Leges Iurisconsultorum ex variis fragmẽtis compilatas, annaliumq́ imperitia interpretes mirè hallucinatos. Caput XV.

NECESSARIVM *omnino uisum est ad perfectam legum intelligẽtiam, aliquot errorum, in quos tum interpretes, tum doctores nostri temerè lapsi sunt, causam originemq́; detegere.* Existimarunt *enim iurisconsultorum leges ea integritate, eoq́; ad nos ordine peruenisse, quibus ab ipsis primùm authoribus conscriptæ digestæq́; fuerunt: nescientes illustres illos uiros,* [a] *quibus à Iustiniano ius omne reformandi potestas facta est, ex uarijs prudentum responsis, uarijsq́; responsorum fragmentis, leges quales habemus cõposuisse, in ordinemq́; redegisse. Insuper temporum atque annalium imperiti, cùm nec Cæsarum, nec Iurisconsultorũ ætates, mores'ue distinguere didicissent, in multis hallucinari facilè potuerunt. Vtq́; id apertis exemplis comprobemus, occurrit in primis Accursius noster in quodam Iaboleni responso,* [b] *ubi compilatores Iaboleni, lege ad unguem recitata, in qua Labeonis sententia confutatur, demum ex scriptis Pauli & Proculi iunioris, Iaboleni sententiam contra Labeonem tuentur. Eo in loco mirum est, ut tantus uir, alioqui de legibus bene meritus, ita se torqueat, nunc Iabolenum de seipso in tertia persona loqui contendens, nunc legem Neratio tribuens Iaboleni sententiam referenti: nec ullo pacto sese explicare ualens, qui non iurisconsulti, sed compilatorum ea uerba esse nũquam aduerterit: quorũ sanè præcipuus labor fuit, ex uarijs prudentum responsis, perfectas nobis leges, opinionesq́;*

a § .j. in j. cõsti. C.

b in l. filium in fin. de acquir. hære.

frequentiori calculo approbatas, transcribere. Hinc nobis leges ex Iuliani, Marcelli, Pauli, Vlpianiq; fragmentis compositæ: hinc Vlpiani lex in Modestinum desinit, Scæuolæ in Claudium Triphoninum, Labeonis in Iabolenum, Papiniani in Paulum, Marcelli in Vlpianum: & sic de reliquis. Cumq; interpretes nostri huiusmodi appendiculas compilatorum, eiusdem authoris, cui lex ascribitur, esse credidissent, statim existimarunt, uel legem fuisse malè inscriptam, uel authorem legis à prima persona in tertiam diuertisse. Possent quidem hæc quasi leuia dißimulari, nisi in Iurisconsultorum tempora tam grauiter peccaretur. Quemadmodum enim à Neratio Iabolenum, aut à Iaboleno Paulum citari credemus, quum & Neratium Iabolenus minimè præcesserit, & Iabolenum Paulus uix decrepitum audierit? Floruit siquidem Neratius Priscus Traiani temporibus: Iabolenus usque ad Pij imperium peruenit: Paulus sub Alexandro maximè claruit. Quem ordinem ex Pomponio [a] quoque suscipimus, qui & Neratij & Iaboleni meminit, Pauli nequaquam. Idem obseruatum uidemus in alio Papiniani [b] responso cui compilatores addiderunt uerba hæc: Paulus notat, & Imperium quod iurisditioni cohæret mandata iurisditione transire, quod & uerius est. Constat autem Papinianum Seueri temporibus floruisse, & à Baßiano occisum: Paulum uerò eius discipulum sub Alexandro, ut prædictum est. En igitur, ut error initio leuis, maximas tenebras in fine parturiat. Sed & compilatorum curam atq; industriam maiori argumento cõprehendere licet, quòd

a in l.ij.in fi. de orig.iur.

b in l.i.in fin. de offi. eius cui man. est iurisd.

quòd anteriorum fragmenta ita ad posteriorum leges adaptarunt, ut nisi horum (quæ nunc admonemus) lector meminerit, facilè cum cæteris in errorem sit dilapsurus. Extat responsum [a] Vlpiano inscriptum, tit. de tritico uinoq; lega. ubi quæritur, si uinum uetus legatum fuerit, qualiter accipiendum sit. Compilatores eo loco Neratij fragmentum (qui diu ante Vlpianum fuit) ita commodè subiecerunt, ut ad quæstionem Vlpiani compositò respondisse uideatur. Sed & alibi Caium atque [b] Vlpianum Paulo ita accommodarunt, ut omnes in idem responsum eodem tempore conuenisse existimentur. Alibi quoque Paulum & Caium Vlpiano, tit. de priuileg. credi. Sic etiam credendum est scabrosam illam implicitamq; legem, tit. de ususcap. [c] ex diuersorum fragmentis à compilatoribus fuisse consutam. Cuius rei non leue argumentum est, tum quòd incerto adhuc authore profertur (nanq; alij Paulo, alij Caio acceptam ferunt) tum uerò quòd Iuliani & Marcelli controuersiam adeò obscurè perplexeq; complectitur, ut incertum omnino sit, utra opinio præferatur, & an in calce ipsius legis, negatiua uel affirmatiua oratio desideretur. Quantum uerò in eius interpretatione maiores nostri hallucinati fuerint ob annalium imperitiam, neminem uel mediocriter doctum latere potest. Nempe Iuliani opinionem contra Marcellum approbantes, nõ immeritò Marcellum à Iuliano notatum, confutatumq; fuisse communiter receperunt. Atqui Marcellum longè post Iulianum floruisse, notasq; [d] in eum scripsisse palàm est. Fuit siquidem Iulianus Hadriani, Pijq; temporibus:

a in l. si quis uinũ. in fin. cum duabus ll. seq.

Item Paulum Vlpiano. l. præceptoris. ad leg. aquil.

b in l. item si suspectus. de procu.

c l. si is qui. pro empt.

d l. apud Iulianum. de hær. insti. l. fundũ. de lega. j.

Marcellus autem Seueri imperio claruit. Meminit Iuliani Pomponius,[a] *Marcelli nequaquam. Eadem imperitia lapsi Bartolus, Baldus, Paulus, & alij complures, in quodam Iustiniani*[b] *responso cæcutierunt. Nam Bartolus Papinianum Diocletiani & Maximiani legem*[c] *negat ignorasse, quasi post illos uixerit. Paulus à Castro longè diuersum sentit.*[d] *Nempe Papinianum sub Augusto Cæsare uixisse, & à Marco Antonio necatum. Quæ sanè & perridicula sunt, & tantorum patrum testimonio indigna. Possem hoc loco alios, & propè infinitos maiorum errores apertis rationibus demonstrare, quibus aliquando (si per Dei gratiam licuerit) nos summo studio occursuros speramus: tametsi in hanc rem multos plurimum laboris & olei consumpsisse non ignoro, quorum operam non possum non magnopere probare. Veruntamen non omnia possumus omnes: campus spatiosus est, & multis indiget sarculis: nec tam ab una parte repurgari potest, quin noui quotidie emergant cuniculi. Aliquid contulit Bologninus, plurimum Budæus, Zazius, & Alciatus, uiri immortalitate digni: necnon insignis ille typographus Gregorius Haloander Germanus, quem nisi fata nobis præmaturè inuidissent, legalis nostra facultas maximum proculdubiò incrementum recepisset. Proinde (acutißimi iuuenes) ne & uos in maiorum errores temerè incidatis, ad ea quæ præmonita sunt diligenter aduertite, iurisconsultorum fragmenta ab appendiculis compilatorum subtili iudicio distinguite. Quod facilè fiet, si tum ex Pomponio, tum alijs idoneis scriptoribus*[e] *Cæsarum prudentumq; uitas, mores,*

& ætates

a d.l.ij.in fi. de origi.iu.

b in l.fi.C.de insti.& sub stitu.

c l.precibus. C.de impu. & alijs.

d in d.l.fin.

e Velut ex Trãquillo, Plutarcho, Pomponio Lęto, Eusebio, Orosio, Lãpridio, Volaterrano, & [illegible]bus.

& ætates (quod ſanè ad perfectam legum cognitionem omnino neceſſarium ducimus) ſolerti ſtudio perquiretis.

¶ Leges librariorum incuria deprauatas, eruditorum iudicio caſtigandas, & ab Accurſij reliquorumq; interpretum nugis, ac ridiculis expoſitionibus maximè diſcedendum. Caput XVI.

POSTEAQVAM *in ſermonem erratorũ incidimus, uiſum eſt & hoc loco iuuenes admonere, quantum ex deprauatis legibus, & interpretum nugis iacturæ facturi ſint, niſi & ſumma cura, & diligenti ſtudio, eruditorum hominum, qui de legibus bene meriti ſunt, iudicia exquiſierint, & ex illorum authoritate caſtigatos ſibi codices parauerint. Multa enim aſterijs & obeliſcis diſpungenda, multa inuertenda, adnotandaq́;, pleraq; aliter interpretanda quàm maiores noſtri docuerint, facilè diſcet qui præſcriptorum* Bolognini, *Budæi,* Zazij, *Alciati, &* Haloandri *lucubrationes diligenter euoluerit. Nos etiam huic negotio curam non modicam adhibuiſſe noſtra aliquando ſcripta teſtabuntur. Interea tamen nõnullos exempli gratia locos proferemus, quos ab alijs prætermiſſos ſedulò adnotauimus, dignosq; caſtigatione putauimus. Offert ſe in primis* Pompony[a] *reſponſum, tit. de actio. emp. de cuius initio hactenus interpretes hæſitarunt. Aliqui enim ratio legendum putant, pleriq; datio, cùm tamen neutrum ſatis cõueniat. Nec enim apud iuriſconſultos uſq; facilè inuenietur, ratio poſſeßionis uel poſſeßionem dari, ſed tradi:*[b] *unde longè melius eo in loco traditio ſtatuetur: hoc uerò manifeſtè ſuadetur, cùm quòd poſſeßionis proprium eſt tradi, tum quòd ex*

a Ad l. traditio. aliàs datio.

b l. ſi quis vi. §. differentia de acqu. [illegible] oneſ.

ſequentibus Pomponij uerbis, de traditione locutũ eum fuiſſe liquidò conſtat. Ait enim:

Traditio poſſeßionis, quæ à uenditore fieri debet, talis eſt, ut ſi quis eam poſſeßionem iure auocauerit, tradita poſſeßio nõ intelligatur.

Ecce quàm manifeſtè de traditione agatur. Atq; hi errores (quantum coniectura aſſequor) ex eo ferè proceſſerunt, quòd maiores noſtri (quibus pulcherrima hæc & prope diuina excudendi ars nõdum conſtabat) libros ſibi calamo parabãt, & pleriq; elegantiores pumice expolitos, miniatos, inauratos, & quod præcipuum erat, capitibus legum egregiè depictis, uarioq; emblemate illuſtratis: quale etiam nunc uidere licet in uetuſtis codicibus ex membrana, non typis æneis, ſed librarij manu conſcriptis, in quibus maiuſcula cuiuſque capitis elementa, nunc minio, nunc praßino, ſæpiuſcule uerò colore cœruleo, uel auro irradiantur. Scriptores igitur in ſingulis capitibus ea elementa maiuſcula ſtudiosè omittebant, ut pro libito emptorum depingerentur. Atq; id in cauſa fuit, cur recentiores noſtri, uetuſtos illos codices in prælum referentes (dum nullum elementũ prætermittere uoluerunt) in capitibus legum nonnunquam uariauerint, modò aliquid detrahentes, modò addẽtes, ſæpe etiam inuertentes. Cuius ſanè rei argumentum euidens præſtant innumeræ leges, de quarũ capite etiam hodie dubitatur. Extat lex Modeſtini, tit. de uulga. in qua cùm primum capitis elemẽtum deſideraretur, dubitarunt interpretes,

Ad l. iam hoc iure. de uulg.

an I,

an I, *uel* N, *reponi deberet: & plerisque uisum est* I *reponendum: nec ibi*, Nam, *sed*, Iam, *legendum: quorum sententiam magis probo. Idem negotium fecit lex* Vlpia- Ad l. j. si cert. pet.
ni prima, tit. de reb. credi. ubi diu pugnatum utrum'ne, è re est, uel, bene est, statuendum foret. Quod autem de hære. interpretes somniarunt, perridiculum est. Verùm hæc adeò leuia sunt, ut in utram partem capiantur nihil sit periculi. At cùm de inuertenda uniuersæ legis sententia tractatur, tunc in corruptos codices incidere maxime periculosum est. Non possum hìc præterire legem illam Pauli, *tit. de acqui. poß. (quanquam aliquid suprà teligimus) in qua manifeste desideratur negatiua, librariorũ seu typographorum incuria prætermissa. Nam legendum est (Non quemadmodum nulla poß. acquiri, nisi & animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua utrunque in contrarium actum est:) alioqui in regula iuris tam manifesta inexplicabilis omnino repugnantia inuenietur, quam ne Apollo quidem ipse extricaret. Aliter enim sensit idem Paulus*[a] *alibi, & cum eo* Vlpianus,[b] *cæteriq; legum conditores. Nec recipiendas puto interpretum nugas & diuinationes, quibus rem omnino componere moliuntur: quandoquidem tales compositiones lex illa non ferat, quæ iuris regulam oppidò generalem tradit, cui aliæ leges in eadem regula ex diametro aduersantur. Etenim possunt legum pugnantiæ, in particularibus casuum definitionibus, ex qualibet facti etiam subintellecti uarietate componi. In generalibus uerò regulis, ad eandem materiam pertinentibus, nullo id modo. Quòd autem ea lex negatiuam in principio iuste*

Ad l. quẽadmodũ. de acquir. poß.

a in l. iij. §. in amittenda. de acqu. pos.

b l. si quis vi. §. differentia. de acq. possess. & l. si me in vacuã. eo. tit.

desideret, facilè ostenditur. Nam & praecedentis legis, [a] in qua solo animo formidantis possessio amissa est, rationem nectit, & elegantem loquendi modum ipsis iureconsultis admodum frequentem & peculiarem ostendit. Nempe illi per negationem comparationis uel similitudinis, tacita plerunq; obiecta diluere consueuerunt. Sic Iabolenus Pauli praeceptor, [b] tit. de iudi. [c] Non quẽadmodũ fideiussoris obligatio in pendenti potest esse, uel in futurum concipi, ita iudicium in pendenti potest esse. Vide quãtum iam ex hac lege suffragij habeamus. Quid si negatiua hîc quoque neglecta uel dispuncta fuisset? Num interpretes nostri uariè diuinassent? Idem Iabol. [d] tit. de fideiussor. inquit: Non ut aestimatio rerum, quae mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce aestimanda est. Item Iulia. alibi: Vendicatio non ut gregis, ita & peculij recepta est. Papinianus: [e] Non enim ut filius duplex ius sustinet, [f] & patris & filijfamiliâs, ita seruus qui castrensis peculij est. Pomponius. [g] Non ut pater filium, ita uxorem maritus iure postliminij recipit. Paulo autem id genus loquendi frequentissimum fuisse, multis legibus exploratum est. Nam in eod. tit. de acquir. poss. [h] ait: Nec enim sicut dominium non potest nisi in una causa contingere, ita & possidere ex una duntaxat causa possumus. Idem alibi: [i] Non sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Vnde colligunt Doctores uulgarem iuris regulam: Temporalia ad agendum, perpetuò ualere ad excipiendum. Possem innumeros locos

a l. sed si nolit. de acqu. pos.

b l. an manumittere. de manu. vin.

c l. non quem admodum. de iudi.

d l. si ita fideiussorẽ. in fi.

e l. vẽdicatio. de rei vẽdi.

f l. pater. §. ij. versi. nõ enim. de castren. pec.

g l. cũ duę. in fi. de capti. & postl. re.

h l. iij. §. nec enim.

i l. pure. §. fi. de dol. exceptio.

cos adducere, nisi tædiū afferre magis, quàm utilitatē ui derer. Nec prædictis aduersatur lex illa eiusdē Pauli,[a] tit. de reg. iu. quoniā omnes eas leges ex fragmētis iuriscōsultorum cōstat omnino per cōpilatores, uel alios fuisse compositas: unde quicquid ibi primo uersiculo (qui ex Pomponio desumptus est[b]) adiectum reperitur, ex nullius iurisconsulti autoritate, uel sententia prolatum est. Quare expungendum omnino putarem. Hactenus de legum capitibus. Succedit nunc alia errorum causa, quam scriptorum non negligentiæ, sed imperitiæ ascribendam puto. Etenim cùm iurisconsultorum mentem, ac sententiam non intellexerint, aliud pro alio uerbum facilè rece perunt: & ubi negatiua oratio desideratur, affirmatiuam statuerunt. Occurrit lex Pauli,[c] tit. de lega. tertio, in qua negatiua omnino desideratur, legendumq́;, Et magis est ut nec ipse præferatur. qui sensus & rationi congruit, & alijs legibus comprobatur: ut in repetitione eiusdem legis euidenter demonstrauimus. Eodem uitio laborat lex Martiani[d] de diuers. præscrip. quæ affirmatiuè legitur contra expressam sententiam Papiniani[e] eius præceptoris: & dum interpretes talem pugnantiam conciliare modis omnibus laborant, multa etiam inepta effutire, ac diuinare coguntur. Vtraque lex eādem facti speciem continet, eisdem uerbis composita est: nec ob id repetuntur, ut altera alteram corrigat. Sed quoniam diuersis titulis conuenire uidentur, & diuersis inseruire materijs, ut Iustinianus[f] aliquando præmonuit: quamobrem, ut discipulus cum præceptore Papiniano conueniat, probabiliter negatiuam in Martiani lege statuemus.

a l. fere. de regu. iur.

b In l. pront. de solutio.

c l. re coniuncti.

d l. si quisq́.

e In l. fina. de vsuscapio.

f In l. ij. §. si quid autem. C. de veteri i[...]nucle.

Vt dicat: Si quisquam in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure uti non prohibet: qui sensus & iuris rationi congruit, & literam magis fluidam, ac elegantem facit. Accedit quòd *illud uerbum, prohibet, præcedente negatiua concinnius ac latinius sonat, quàm si simpliciter & affirmatiuè legatur, ut ingeniosus quisque facilè perpendere poterit.* Huius generis sunt lex Pauli[a] seu Caij de ususcapio. *cuius etiam suprà proximo capite meminimus: & lex* Iaboleni[b] *tit. de priuil. credito. in qua ferunt* Bartolum *&* Baldũ *magnoperè dissensisse: cùm adhuc ambiguum sit, utrum'ne uersiculus ille:* Idem in *substituto filio hærede seruandum non est: affirmatiuam magis, quàm negatiuam desideret.* Item *lex* Caij[c] *de militari testamento, ubi interpres utranque literam, & affirmatiuam & negatiuam, ingeniosè defendit.* Quod *sanè mihi non aliter recipiendum uidetur, quàm* Titiæ *postulatio, quæ tanquàm nupta & innupta, idem legatum consequi cupiebat.*[d] In *lege* Vlpia.[e] *titu. qui satisd. cog. legunt omnes:* Veritatem *contineat.*[f] *cùm plus quàm manifestum sit repõni debere,* Vtilitatem, *ut id quod interest à uera quantitate distinguatur.* Et *hæc exempli tantùm, & admonitionis gratiâ retulisse sufficiat: cætera in libro nostro nouarum interpretationum fusius explicantur.* Non *possum tamen inter alios errores unum omnino ridiculum præterire, cuius causam partim scriptorum incuriæ, partim interpretum neglıgentiæ ascribendam puto.* Existimarunt *illi iurisconsultos de se ipsis loquentes, tertiam quandoque personam assumpsisse.* Quæ *sanè res*

a l. si is qui. pro emptore.

b l. paterfamilias. versic. idem in substituto.

c l. si certarũ. §. si eodem. in princip.

d l. titię, si nõ nupserit. de cõd. &c. de.

e l. ij. §. si.

f l. hæc verba quanti. de verbo. sign.

res cùm periculosa sit, tum ab antiquorum consuetudine maximè aliena. Nec enim is dicendi character, seu loquendi modus usquàm receptus legitur: nisi fortè in historiæ narratione, quæ eum nimurum candorem desiderat, ut scriptor nihil minus, quàm de seipso historiam texere uoluisse uideatur. Sic Ioannem Apostolum, sic C. Cæsarem aliosq; permultos obseruasse comperimus. At sanè alium in doctrinæ seu præceptorum traditione, modum ordinemq; seruari conuenit: quod quidem nemo, uel mediocri iudicio præditus, facilè negaturus est. Ego uerò, si quenquàm eo dicendi genere studiosè uti animaduerterem, non aliud mehercule iudicium de homine facturus essem, quàm de eo qui in sui nominis obliuionem ignorantiamúe incidisset: quod summæ stultitiæ argumentum esse Iustinianus aliquando firmauit. [a] Proinde cauendum omnino est, ne in tantos uiros culpam hanc reijciamus, aut omnium prudentißimis stultitiæ notam inuramus. Causa autem facilè constabit, si in memoriam reduxerimus quæ suprà præcedenti capite diffusè tractata sunt: quo loco ostendimus iurisconsultorum leges ea integritate, eóque ad nos ordine minime peruenisse, quibus ab ipsis primùm authoribus conscriptæ fuerunt, sed compilatorum opera atque industria, ex uarijs diuersorum fragmentis compositas & consutas: unde factum est, ut Pauli & Vlpiani (qui ferè omnibus recentiores sunt) dicta, in alterius iurisconsulti longe anterioris fragmentum desinant, uideaturq; qui diu præceßit, posterioris scripta legisse: quod cùm admitti non posset, coë-

a in l. fi. C. de hæredi. insti.

git interpretes mirè hallucinari. Enimuerò existimantes compilatorum uerba, iurisconsultorum esse, de seipsis in tertia persona loqui eos temerè prodiderunt. Accedit alia erroris causa: librorum incastigata passimq́; corrupta editio. Sæpè enim lex unius alteri tribuitur, & ubi Vlpianus reponi debet, Papinianus, aliusúe inscribitur: cumq́; in ea lege de Papiniano mentio fiat (sanè àdiuerso legis authore) ipsum de se Papinianum, uelut de tertio locutum fuisse crediderunt. Vtq́ue id exemplo manifestius fiat, unum proposuisse contentus ero. Extat Vlpiani responsum [a] libro Digestorum uigesimoquarto, in quo refert Papinianum fructuum diuisionem diuortio facto, non ex die locationis, sed habita ratione præcedentis temporis quo mulier in matrimonio fuit, fieri debere censuisse. Ea lex Papiniano perperàm ascribitur, cùm eiusdem sit Vlpiani, cuius & præcedens. Et erroneæ inscriptioni causam præbuit, quòd Papiniani nomen ab Vlpiano, in ipso legis exordio prolatum, supra legem positum crediderunt. Citanda est igitur, Papinianus diuortio, non ut uulgati codices hactenus habuere. Astipulatur etiam iudicio nostro uersiculus in calce positus, ubi citatur Pomponius, quem tamen Papiniani auditorem fuisse plerique existimarunt: quibus, ut in hac re non uehementer assentior, subscribo tamen nusquàm facilè inueniri Pomponium à Papiniano commemoratum fuisse. Hæc prolixius fortè quàm par erat recensuimus, sed libenter, ut errorum, quibus maiores nostri tam miserè lapsi conspiciuntur, omnes omnino admonitos nostra simul ope atque industria redderemus.

a in l. Papinianus diuortio. sol. ma.

Locos

¶ Locos communes ingenij gratia habendos, & materiarum sedibus memoriam adiuuandam.

Caput XVII.

DVO sunt (ni fallor clarißimi iuuenes) quæ iura profitentibus adeò necessaria uidentur, ut nulla ferè maior aliundè utilitas comparetur: nempè Loci cõmunes & Materiarum sedes. Locis cõmunibus ingenium maximè exercetur, materiarum sedibus memoria plurimum adiuuatur. Enimuerò quæ ars seu disciplina ingenij acrimoniam æquè desiderat, ac ciuilis facultas, in qua de iustitiæ partibus, humanam societatem conseruantibus tractatur? [a] *Vbi multa nunc ex bono, & æquo temperanda?* [b] *nunc secũdum rigorem & iuris apices excutiẽda sunt?* [c] *in qua singula hominũ tum facta, tum dicta, ex causa, persona, loco, tempore, quãtitate, euentuq́; pensanda ac definienda sunt?* [d] *Vbi demum nihil pro libito priuatæ utilitatis, sed quasi à bono uiro omnia statui oportet?* [e] *Communes igitur loci ingenium uehementer excitant, & ad rectum ueritatis tramitem facilè ducunt. Nam quoties facti species occurrit, nullo uel Cæsarum, uel prudentum responso propriè definita (nec enim potuere casus omnes lege comprehendi* [f]*) tunc ingenio maximè opus est: quod nisi breui quadam methodo ad ueritatis limina dirigeretur, facilè in tali nouitate succumberet. Proindè miserrimi ingenij eos esse putabat Doctor* [g] *Castrensis, qui non nisi inuenta lege, aut decisione, propositas quæstiones nossent definire. At uerò perspicax ingenium, cupiens à tali se miseria liberare, ad communes locos confugit, omnia colligit, omnia confert, sin-*

gula

a Inst. de iust. & iur. §. fi.
b l. si fideiussor. §. quædam. mandati. & l. si domus. §. in pecunia. de lega. j.
c l. prospexit. q & à quib.
d l. aut facta. de pœ. c. occidit. xxiij. q. viij.
e l. cæteræ. famil. hercis. l. fideicommissa. §. quanquàm. de legat. iij. l. si cum. in fi. de fideiuss.
f l. non possunt. de legib.
g in l. clodi⁹. [...] fin. de [...]cq. hæred.

gula diſcutit, nihil non tentat, omnem denique lapidem mouet ut recte definiat, leges alijs caſibus præſcriptas nouo caſui applicat, nunc per locum ab abſurdo, nunc ab identitate rationis, nunc à ſimilitudine facti, nunc à ſpeciali, nunc ab oppoſito, nunc à ceſſante ratione argumenta deducit, non ignorans omnem uim legum in inductione & applicatione conſiſtere,[a] & quod liquidò conſtare non poteſt, argumentis ſubtiliter cognoſcendum eſſe.[b] Finge dubitari: An *actori liceat ſuſpenſo petitorio, interdictum adipiſcendæ intentare?* Hæc *quæſtio per locum à ſpeciali rectè ſoluetur.* Planè *ſi iſthuc actori ſpoliato in interdicto recuperandæ ſpecialiter conceſſum eſt,*[c] *in cæteris interdictis contrarium obſeruari palàm eſt.* Item *ſi quæratur:* An *filio neceſſario hærede inſtituto, & paterna hæreditate abſtinente, legata quouis modo debeantur (ſaltē uirtute neceßitatis quæ ipſo iure hæredem facit?*[d]) C*aſus hic ſimiliter per locum à ſpeciali rectè decidetur.* Etenim *ſi hoc libertati ſpecialiter indulgetur*[e] *(cuius cauſam omnium fauorabilißimam eſſe conſtat*[f]) *ut neceſſario abſtinente nihilominus debeatur, conſequens erit dicere, aliarum rerum legata intercidere.*[g] Q*ui locus ſic uulgò explicari ſolet:* Speciale *in uno, ius commune in contrarium probat.*[h] Item, C*aſus exceptus regulam in oppoſitum firmat.*[i] Et *ſic de ſingulis exempla tradi poſſent, quæ in ſequenti capite fuſius cumulantur.* M*emoriam uerò (quæ in uiro profeſſore ob ſcriptorum multitudinem magis, quàm in alio hominum genere deſideratur) uehementer adiuuant materiarū ſedes.* C*ùm enim tot caſuum quotidie emergē-*

tium

a l. non ſolū. §. qui primipilū. de excuſ. tut.
b l. nō omnes. §. à barbaris. de re milita.
c Clemē. vni. de cauſ. poſ. & propric.
d l. j. §. q ſunt. ſi quis omi. cau. teſt. inſti. de hære. quali. & differentia. §. neceſſarij.
e l. ſciendum. de manum. teſtam.
f l. libertas. de reg. iur.
g l. j. in fin. vt in poſ. leg.
h l. j. ad municipal.
i l. ex eo. de teſti. l. nam quod liquide. in fin. de pen. lega.

tium definitiones, totq́; decisionum cumulos retinere, memoriæ fragilitas non patiatur, [g] *saltem eius rei sedes, in qua uniuersa materia communi doctorum calamo per tractatur, in promptu habenda est.* Exempli *gratia: Si omnes, aut singulos primi ac secundi decreti articulos, uel iuris accrescendi species, uel protestandi modos, uel moræ casus occurrentes, in numerato non habeas, incidatq́; ex prædictis quæstio, confestim ad materiæ sedem accurre:* Decreti *quidem, in l. si finita. §. iulianus. de dam. infec.* Iuris *accrescēdi, in l. re coniuncti. de leg. iij.* Protestationis, *in l. non solum. §. morte. de ope. no. nuntia.* Moræ, *in l. si insulam. de stipulatio.* Et *sic de singulis: quarum aliquot, in alio sequenti capite, exempli tantum gratiâ congerentur.* Aduertendum *tamen est materiarum sedes ab omnibus ferè doctoribus solere constitui: ubi uel* Bartolus *apud iurisconsultos, uel* Baldus *apud* Cæsares *solenniter laborauit.* Nam *quemadmodum* Bartolus Digestorum *legibus studiosius, pleniusq́; uacauit: ita* Baldus Cinum *imitatus,* Imperatorū *sanctiones copiosius exornauit.* Baldum, *Salycetus,* Faber, Corneus, *& alij cõplures:* Bartolum, Angelus, *&* Imola *maximè secuti sunt: alij aliter, prout cuique opportunius uisum est.* Quoties *igitur casus decidendus occurret, ad communem sedem properandum erit: facili tum labore, & minori periculo consultus respondebit.* Locus *hic de memoria, scholasticis quidem utilis est, doctorib. uerò maximè necessarius.* Superior *autem ad ingenium spectans, omnibus tum scholasticis, tum iurisperitis, æqualiter suffragatur.*

g l.ij.§. si qd autem in tãta. C. de vete. iu. enucl.

¶De

¶ De locis communibus. Caput XVIII.

COMMVNES *locos nihil aliud esse constat quàm modos argumentandi, quibus (ut prædictum est) ad ueritatem facilius peruenitur. Sunt autem ferè huiuscemodi.*

Primus ab absurdo uitando. In *quo sic argui potest:* In *omni dispositione uel actu interpretatio fieri debet, ut absurditas euitetur. l. nam absurdum. de bon. liberto. l. fin. in princ.* C. *de usur. rei iudica. & l. diuortio. solu. matri.*

Item, D*ato uno absurdo, aliud facilè sequitur. l. ratas.* C. *de rescinden. uenditio.*

Ab *adiectiuis sic.* Q*uando præcedunt duo substantiua adiectiuum, sequens utrunque determinat.* l. *extat. ubi* Bart. *quod met. cau.*

Ab *adiunctis.* Ratione *adiuncti conceditur, quod simpliciter non concederetur. l. interdum. de aqua pluuia.*

Item, Q*uod profertur cum adiuncto, non est propriè tale. l. filiusfami. §. meminisse. de donatio.*

Ab *adæquatis.* Ad*æquatorũ eadem est iuris dispositio. l. 1. de legat. 1.*

Item, Q*uando duo adæquantur per legem antiquam, quicquid lex noua disponit in uno, cẽsetur etiam disponere in altero.* Bar. *in. l. ij. circa fin. de leg. ij.*

Ab *aduersatiuis.* A*duersatiua dictio, & in iure & in facto, præcedentibus aduersatur. l. si hæredi. de condi. instit.* Bar. *in l. transigere. in prin.* C. *de transact.*

Item, A*duersatiua copulata non iuris, sed facti diuersitatem ostendit. l. sed & si lege. ubi* Bart. *de peti. hæred.*

Ab

Ab alternatiuis. Alternatiua ponitur inter æqualia, uel parum distantia.l.1.de reb.dub.

Item, In alternatiuis sufficit alteram partium adimpleri.l.si hæredi.de conditio.institutio.

Ab abstractis & concretis. Verba legum non in abstracto, sed in cõcreto intelligi debent.l.si in rem.in prin. de rei uendica.

Ab antecedenti concesso uel remoto. Concesso antecedenti conceditur & cõsequens.l.ij.de iurisd.om.iud.

Item, Remoto antecedenti, omne eius consequens remouetur.l.ueteres.de iti.actuq; priua.

Ab assuetis. Assueta fieri facilè præsumuntur.l.certi. §.si nummos.si cert.peta.

Item, Durum est assueta relinquere.l.præcipiunt.de ædil.edic.

Ab authoritate. Peritorum in arte authoritas sequenda est.l.septimo.de sta.homi.

Item, Superioris authoritas in illicitis excusat.c.dixit. ubi glo.xiiij.quæst.ij.l.iustè.de acquir.poss.

Item, Authoritas legis necessaria est, sed non glo.uel doctoris.glo.& docto.in l.1.C.de legi.

À causa. Causa proxima magis attenditur, quàm remota.l.ligni.in fi.de lega.iij.l.sed & si plures.§.in arrogato.de uulga.

Item, Omne ius potentius est in causa, quàm in causato. l.digna uox, C.de legi.Paul.consil.129.uol.1.

À causato. Fauorabilius semper est causatum propinquius, quàm remotius.l.suus quoq;.de hære.insti.& l.publius.§.1.de conditio.& demonstrationib.

G

Item, Causatum tantò dignius est, quanto à digniori causa procedit. l. restituendæ. in fi. cum glo. C. de aduoca. diuers. iudi.

A combinatione duarum legum. Ex duabus legibus simul iunctis, optima fit determinatio. l. gallus. §. ille casus. de lib. & posthu.

Item, Vna lex indistinctè loquens, per aliam distinguitur & limitatur. l. sciendum. qui satisda. cogan. iunct. auth. offeratur. C. de lit. contest.

A communiter accidentibus. A communiter accidentibus sequitur præsumptio ueritatis. l. neq; natales. C. de probatio.

Item, Quod communiter fit, censetur legitimè fieri. l. certi condictio. §. si nummos. si cert. peta.

Item, Ad communiter accidētia lex se facilius adaptat. l. nam ad ea. de legi.

A cohærentibus. Cohærentia eiusdem iuris habentur, cuius sunt ea quibus adhærent. l. quæ religiosis. de rei uendic. Vel breuius, De cohærētibus & cōtiguis idem est iudicium. c. uni. de consec. eccle. in sexto.

A coniunctis. In coniunctis ordo non attenditur. l. quidam testamento. de pecul. lega.

Item, Plura coniuncta unum corpus reputantur. l. sed si plures. §. filio. de uulga.

A connexis. Connexorum idem est iudicium. l. eum actum. de neg. gest. c. translato. de constitu.

A contrarijs. Contrariorum eadem est disciplina. glos. & doct. in rub. de acqu. poss.

Item, Contraria simul esse non possunt. l. mutuis. pro socio.

socio.l.1.C.de furtis.

Ideò ad positionem unius, sequitur remotio alterius.l.si inter.de exceptio.rei iudica.

A contrario sensu. Dispositum in sensu directo, oppositum arguit in contrario.l.1.ubi doct.de offi.eius cui man.est iurisd.

Item, Qui de uno negat, de altero affirmare uidetur. & econtrà.c.nónne bene.de præsumpt.l.ait prætor.§.sed quod Papinian.de mino.

A contento & continente. Destructo continente, corruunt omnia in eo contenta.l.si nemo.de testa.tutel.l.cum duobus.C.de inoffi.testa.

Item, Frustrà exprimitur, quod tacitè cõtinetur.l.non rectè.C.de fideiusso.

A copulatiuis. Copulatiua ponitur inter diuersa.glos. & doct.in rub.de iur.& fac.igno.

Item, Copulatiua naturaliter cadit inter qualitates pares, & non difformes.l.quamuis.C.de impube.

A correlatiuis. Dispositum in uno correlatiuorum, trahitur ad alterum.l.fi.de acceptil.l.fin.in princ.C.de indic.uidu.tol.

A correspectiuis. Actus immediate facti, censentur inuicem correspectiui.l.si uentri.§.fi.de priui.credito.l.lecta.uer.dicebam.si cert.petat.

Item, Actus correspectiui, eiusdem iuris & rationis habentur. Bald.in repet.l.petens.col.pe.C.de pact.

A consecutiuis. De his quæ ueniunt in consequentiam nulla est consideratio.l.1.de autho.tuto.l.conditionibus pupillus.de condi.& demonst.

Item, In omni dispositione uel actu attenditur principale, non cõsequutiuum. l. si quis nec causam. si cert. pet.

A' concursu plurium. Ex multis concurrentibus augetur effectus. l. 1. ubi Bal. C. de fideicomiß. c. innotuit. uer. multa enim. de electio.

Item, Et quæ non prosunt singula, multa iuuant. l. spadonem. §. qui iura multa. de excus. tuto.

A' consequenti dato uel destructo. Posito consequenti, ponitur & antecedens. l. illud. de acquir. hæred.

Item, Destructo consequenti, destruitur & antecedẽs. l. apud antiquos. C. de furtis.

A' diuersis. Ex diuersis non infertur. l. papinianus. de minorib.

Item, Diuersorum diuersum est iudicium. l. inter stipulantem. §. sacram. de stipulatio.

A' diuersitate rationis. Diuersa ratio reformat actum. l. interpositas. C. de transac.

Item, Diuersitas rationis, diuersitatem iuris inducit. l. fin. de rit. nuptia.

A' diuersitate loci uel temporis. In actu iterabili diuersitas loci uel temporis, arguit facti diuersitatem. l. nunquàm plura. de priua. delic. l. si communem. de serui- tu. urba. prædio. & ibi Paul. Castren.

Item, In actu nõ iterabili, diuersitas loci, uel temporis, contrarietatem inducit. l. 1. C. qui accusa. non poß. c. cum tu. extra. de testi.

A' destinatis. In ultimis uoluntatibus destinatum ad tale, habetur pro tali. l. seruos. de libe. cau.

Item, In actibus uiuentium, sola destinatio non facit

imple

implementum.l.si nondum.C.de furt.

A diffinitione. Omnis bona diffinitio debet cum suo diffinito conuerti.l.1.§.dolum.de dolo.

Item, Cuicunq; non conuenit diffinitio, non etiam cõuenit diffinitum.l.ij.§.appellata.& ibi doct.si cer.pet.

Ab effectu. Causa cognoscitur ab effectu.l.non codicillum.C.de testamen.

Item, Non cõsideratur modus, dummodò habeatur effectus.l.iij.C.de insti.& substitutio.

Ab æquipollentibus. Non refert quid ex æquipollentibus fiat.l.fideicommissa.§.si cui.de leg.iij.

Item, In formis non admittitur æquipollens.l.qui per salutem.de iureiu.

Ab euentu. Status rei dubius, à futuro declaratur euentu.l.iure nostro.§.fi.de testa.tutel.

Item, Frustrà illud expectatur, cuius nihil operatur euentus.l.cùm hæres.§.1.de acqu.hære.l.aliquando.in fi.ad Velleian.l.si quis ita scripserit.de hære.inst.

Item, Dubius est litis euẽtus.l.quod debetur.de pecul.

Ab extremis. Probatis extremis media præsumuntur.l.sicut.§.non uidetur.quib.mod.pig.uel hypothe.

Item, Omne extremum est uitiosũm.l.solent.§.fin.de offic.proconsul.

A fato. Actus fatalis non releuat agentem.l.ij.in fi.de conditio.& demonstratio.

Item, Fati infelicitas neminẽ excusat.l.uerùm.§.sciendum.de minori.

A fictione. Idem operatur fictio quod ueritas.l.1.de adoptio.l.cùm ex oratione.de excusa.tuto.

Item, Fictio nunquam inducitur nisi æquitate suadente. l.deniq;. & l.nec utilem.ex quib.cau.maio.

Item, Voluptatis gratiâ fictio nõ inducitur.l.ij.de capt.

A fine. Omnis actus à fine iudicatur.l.rem nõ nouam. C.de iud.

Item, Inducta ad unum finem, contrarium effectum non operantur.l.legata inutiliter.de adi.lega.

Item, Habito fine, de medijs non curatur.l.si sui natura.quemadmodum testa.aperi.

A forma. Forma dat esse rei.l.iulianus.ad exhiben.

Item, Omißio formæ uitiat actum.l.cùm hi.§.si prætor.de transac.

A genere. Tantum operatur genus in suo genere, quantum species in sua specie.l.si chorus.in princ.de lega.iij.

Item, Posito genere ponitur & quælibet eius species. l.1.de aur.& arg.leg.l.item legato.§.1.de leg.iij.

Item, A quo remouetur genus, omnes quoq; species remouentur.l.iurisgentium.§.sed & si fraudandi. ubi Bart.de pact.

A geminatis. Verba geminata efficacius disponunt.l. balista.ad Trebellia.

Item, Actus geminatus plus operatur, quàm simplex.l. cùm scimus, ubi Barto.C.de agrico.lib.x.

Ab habilitate. Cùm de uno principaliter dubitatur, habilitas in cæteris præsupponitur.l.sciendum.ibi, si nõ modò in fraudem.de manumis.testa.

Item, Generalis dispositio ad terminos habiles coarctatur.l.1.ubi glo.C.de sac.sanct.eccle.

Ab

Ab habitu & priuatione. Omnis priuatio habitũ præsupponit.l.decem.in fi.de stipul.l. manumissiones.de iusti.& iur.

Item, A priuatione ad habitum non est regressus.l.qui res.§.aream.de solut.l.post diem.de leg.commisso.

Ab incidenti uel emergenti. Multa incidenter permittuntur, quæ principaliter denegantur.l.quoties quæstio.C.de iudi.

Item, Emergens ante principale, discuti debet.l.quoniam Alexandrum.C.de adul.

Item, Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l.de ætate.§.quod autem. de interroga.actio.

Ab incertis. Ratione incertitudinis aliquid permittitur quod aliàs non permitteretur.l.1.C.de pact.c.nauiganti.de usu.l.si ea lege.C.eod.

Item, Certa pro incertis relinqui non debent.l.cum Titio ad.l.falcid.l.cogi.§.si pater.ad Trebellia.

Ab inclusione unius. Inclusio unius, est exclusio alterius.l. cum prætor. de iudi. l.ait prætor.§. sed quod Papi.de mino.

Item, Inclusione unius, non excluduntur ea quæ alia uia specialiter includuntur.glos.in l.de crimine. & ibi not.Salice.C.qui accusa.

Ab indiuiduis. Qui partem tantum indiuidui facit, nihil facit.l.furiosum.cum glos.C.qui testa.facere pos.

Item, In diuiduis utile per inutile non uitiatur.l.1.§. item quæritur.de aqua quo.& æsti.l.pædius.de arb.

Ab indifferentibus. Actus indifferens in meliorem partem accipi debet.l.cum creditor.de fur.

Item, Sublata uoluntate omnis actus est indifferens.l. fœdißimam.ubi Bal.not.C.de adul.

Ab impoßibili. Ad impoßibile nemo tenetur.l.si quis in graui.in prin.ubi Barto.ad syllani.

Item, Impoßibilium & ualde difficilium idem est iudicium.l.apud Iulianum.§.constat.de leg.1.

Ab indefinitis. Indefinita oratio æquipollet uniuersali. l.si ita relictum.& l.si pluribus.de leg.ij.

Ab infinitis. Infinitas uitanda est.l.fi.C.de sac.sanct. eccle.

Item, Finiti ad infinitum nulla est proportio.l.filiusfamiliâs.§.secundum.de lega.1.

A limitatis. Limitata causa, limitatum parit effectum. l.in agris.de acqui.re.domi.

Item, In limitatorijs ex identitate rationis, licita est extensio.c.cùm dilecta.§.nos igitur.ubi Abb.de confirma.uti.uel inuti.c.ad audientiam. ubi Abb.in.1.not. de cleri.non residen.

A loco & locato. Omne locatum debet esse suo loco proportionatum.l. titia.§.fi.de aur.& argen.lega. l.frumenta.C.de suscepto.lib.x.

Item, Actus eo loco factus uidetur, in quem eius confertur effectus.l.contraxisse.de actio.& oblig.

A materia. Materia & materiatum sunt diuersa, & de uno ad alterum non infertur.l.si conuenerit.§.pen.de pigno.act.

Item, Omnis materia appetit formam, uelut fœmina marem. Aristo.1.physico.

A maiori ad minus. Cui cõceditur quod maius est, utiq; & mi

& minus concedi uidetur. l. filiusfam. §. fi. de donat.

Item, Si uinco uincentem te, multò magis uinco te. l. de accessionibus. de diuer. & tempora. præscrip.

A minori ad maius. Si de quo minus inesse uidetur, inest: ergo de quo magis. l. qui testamento. in princ. ibi, Et frater. de testamen.

Item, Cui denegatur minus, denegatur & maius. l. qui indignus. de senato.

A minimis. De minimis non est habenda ratio. l. scio. de in integ. restitu. l. iiij. in fi. de ædil. edic.

A medijs. In dubijs media uia est eligenda. l. antiqui. si pars hæred. pet. §. fi. inst. quib. manu. non licet.

Item, Medium inhabile impedit extrema coniungi. l. qui sella. §. fi. de serui. rustic. l. fi. de fluminib.

Item, Mediũ in dubio applicatur extremo potentiori. l. quæritur. de sta. homi.

Item, Medium inter potentiam & actum, est de genere actus. Commen. v. physico.

Item, Medium comparatum uni extremorum habet rationem alterius. Aristot. v. physico. & ij. de Anima.

Item, Dimidium plus toto. Hesiodus.

A mistis. In fauorabilibus casus mistus sub simplicibus continetur. l. si ita scriptum. de lib. & posthu.

Item, Mista naturam suorum simplicium sequuntur. l. adeò. §. uoluntas. de acqui. re. domi.

A modo. Vbi modus cõsideratur, æquipollens non admittitur. l. qui hæredi. de conditio. & demonstra. l. qui per salutem. de iureiu.

Item, In dubio potius præsumitur modus quàm condi-

tio.l.quæro.§.inter.locati.Bar.in l.cum mota.C.de transactionib.

A *natura, arte, & accidentibus*. *Naturalia iure ciuili non mutantur.insti.de iur.natu.§.sed naturalia.*

Item, *Ars naturã imitatur.§.minorem.instit. de adop.*

Item, *Ars & natura nihil frustrà operantur.l. qui bis idem.de stipulatio.*

Item, *Causa naturalis præfertur accidentali.l.qui habet.in fi.de tutel.*

Item, *Accidens non mutat naturam subiecti.l.naturalem.§.apum.de acqui.re.domi.*

Item, *Diuersitas accidentium non inducit specificam differentiam.l.fi.de fund.instruc.*

A *necesßitate uel necessarijs.Necesßitas legi non subijcitur.l. ut gradatim.§.1.de mune.& bono.c.quãto.in fi.de consuetu.*

Item, *Necessarium omißio uitiat actum.l.testamentũ. C.de testa.*

A *nomine. Nomen debet esse consequens rei.§.est & aliud.instit.de donatio.*

Item, *Diuersitas nominum arguit rerum diuersitatem. l.si idem.C.de codicil.*

Item, *Quod caret nomine,caret & nominis effectu.§. si aduersus.insti.de nup.l.non dubium.C.de legi.*

A *numero. Pluralitas duorum numero contenta est.l. ubi numerus.de testi.*

Item, *In numeris non datur ratio.l.1.§. pueritiam.de postul.*

Ab *obliquis & directis. Multa per obliquum conceduntur,*

duntur, quæ directò prohibentur. l. 1. de autho. tuto.

Item, Directum facilius obliquatur, quàm econtrà. l. ſcæuola. ad trebel. l. uerbis. ubi gl. & l. cohæredi. §. cùm filiæ. de uulga.

Item, Fauorabilius eſt directum, quàm obliquum. l. fi. ubi Bal. C. qui manu. non poß.

Item, Non debet per obliquum induci, quod directò commodius fit. l. quia ratio. de conditio. inſti.

Ab oppoſitis. Oppoſitorum eadem eſt diſpoſitio per contrariũ. l. & ſi contrà. de uulg. l. pen. C. de ſolut.

Item, Idem operatur oppoſitũ in oppoſito, quod propoſitũ in propoſito. l. fi. §. fi. de lega. iij.

Item, Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. l. uni. §. & cùm triplici. in prin. C. de cadu. tollen.

Ab ordine. Præpoſteratio ordinis uitiat actum. l. prolatam. C. de ſenten.

Item, Dubia diſpoſitio ab ordine literæ declaratur. l. quoties. de uſufruc.

Item, Vbi non eſt ordo, ibi confuſio. authent. de hære. & falcid. §. inordinatum. iunc. glo.

A principio uel præambulo. Principium cuiuſq; rei potentißima pars eſt. l. 1. de orig. iur.

Item, Quod iuris eſt de aliquo, idem eſt de eius principio. l. non ideò minus. C. de hæred. inſti.

Item, Idem diſponitur de præambulo, quod de conſecutiuo. l. oratio. de ſponſalibus.

A parte & toto. Idem iuris eſt de parte ad partẽ, quod de toto ad totum. l. quæ de tota. de rei uendic.

Item, Vitiato toto, uitiatur & quælibet eius pars. l. ſi

nemo.

nemo.de testam.tutel.

Item, Qui *totum dicit, nihil excludit. l. pœnales. §. fi. ad l. falci.*

A *præsupposito*. Deficiente *præsupposito, deficit dispositio. l. generaliter. §. si quis tutorem. de fideic. liberta. l. neq; enim. §. 1. de mili. testa.*

Item, Verba *quæ aliquid præsupponunt, circa illud non disponunt. l. ex facto. la. 1. de hæred. insti.*

A *proposito*. Voluntas *& propositum distinguunt omne factum. l. qui iniuriæ. de furtis.*

Item, Propositum *in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob cau.*

A *potentia*. Actus *& potentia simul esse non possunt. §. sic itaq; discretis. insti. de actio.*

Item, Defectus *potentiæ impedit actum. l. multum. C. si quis alte. uel sibi.*

Item, Potẽtia *proxima actui habetur pro actu. l. penul. de mili. testa.*

A *propinquis*. Causa *propinqua magis attenditur quàm remota. l. si plures. §. in arroga. de uulg. & pupil.*

Item, Causatum *propinquum, fauorabilius est remoto. l. suus quoque. de hære. insti. l. publius. §. 1. de condi. & demonstra.*

A *prædicatis*. Talia *sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. l. iij. de fun. instruc.*

A *perplexis*. In *perplexis uel implicitis, regulæ iuris sunt fallaces. l. si titius. de stipulatio.*

Item, Ratione *perplexitatis media uia eligitur. §. fin. insti. de uulga.*

Item,

Item, Indissolubilis perplexitas uitiat actum.l.si titius. de condi.insti.

A priori & posteriori. Qui prior est tempore, potior est iure.l.iiij.C.qui potio.in pigno.hab.

Item, Posteriora prioribus derogant.l.pacta nouissima.C.de pact.

Item, In his quæ simul fluunt, non datur prius nec posterius.l.quidam testamento. de pecul.leg.

A puris & purificatis. Puri & purificati idem est iudicium.l.potior.qui potio. in pigno.habe.

Item, Quod purè ualere non potest, trahitur ad conditionem.l.si hæreditas.§.si furiosus.& §. seruus.de testam.tutel.

A qualitate. Non entis nullæ sunt qualitates. Vel sic, Sine subiecto qualitas esse non potest.l. iiij.in fi.de actio.emp.l.1.de hære.uendi.

Item, Vbi aliquid qualificatum requiritur, non sufficit illud simpliciter interuenire.l. fulcinius.§.1.ex quib. cau.in pos.ea.

Item, Qualitas adiecta uerbo, secundum tempus uerbi intelligi debet.l.titius.de mili.testa. l.in delictis.§. si extraneus.si ex noxa.cau.aga.

A quantitate. Sola quantitas non facit differre specie.l. fi.de fund.instruc.

Item, Incertitudo quantitatis uitiat actum.l.cum post. §.gener.de iu.doti.l.ita stipulatus.de stipul.

A raris. De rarò contingentibus non habetur consideratio.l.nam ad ea.de legi.

Item, Quæ naturaliter (licet rarò) accidunt, à iure non

con

contemnuntur.l.si maior.C.de legi.hæred.§.insulã. insti.de re.diuis.

A *rationis identitate.* Vbi *militat eadem ratio,idem ius statui debet.l.illud.ad l.aquil.*

A *ratione cessante.* C*essante ratione legis,cessat lex.l. quod dictũ.de pac.l.adigere.§.quamuis.de iur.patr.*

A *remotis.* A *remotis non fit consequentia.l.non hoc.* C*.unde cogna.*

A *separatis.* Ex *separatis non infertur.l.* P*apinianus exuli.de mino.l.fi.de calumniato.*

Item, S*eparatarum causarum separati sunt effectus.l. si maritus.la.1.*C*.de donatio.inter ui.& uxorem.*

A *singularibus.* E*x puris singularibus nihil sequitur.c. in genesi.extra.de electio.*

Item, P*lura singularia ad idem cumulari non debent. l.1.*C*.de dot.promiß.*

Item, I*us singulare non trahitur in consequentiam.l. quod uerò contra.de legibus.*

A *simili.* N*ullum simule est idem.l.quod nerua.deposi= ti.§.sed inter eas.insti.de nup.*

Item, D*e similibus idem est iudicium.l.fi. ubi Salice.* C*.de consti.pecu.*

Item, D*e similibus ad similia procedendum est. l.non possunt.de legi.*

A *specie.* I*n toto iure generi per speciẽ derogatur.l.in toto.de reg.iur.*

Item, N*on permittitur in genere,quod in specie dene= gatur.l.spem præmuorum.*C*.quæ res pig.oblig.pos.*

A *speciali.* Q*uæ procedunt de iure speciali,non haben=*

tur

tur in cõsideratione.l.iij.in princip.de fideic.libert.

Item, Speciale in uno denotat ius commune in contrarium.l.1.ad municip.

A sufficienti partium enumeratione. Quod de enumeratis partibus non inuenitur, alterius iuris esse probatur.insti.de ob.quæ ex quasi contra.nascun.in prin. docto.in §.actionum. insti.de actio.

A surrogatis. Surrogatum sapit naturam eius cui surrogatur.l.si quis eum.§.qui iniuriarum. si quis cautio.§.fuerat.insti.de actio.

Item, Nihil in natura perpetuũ esse potest, nisi per surrogationem.l.eum debere.de seruitu.urb.præd.

A superfluis. In iure nihil debet esse superfluũ.§.quibus.in.1.consti.C.

Item, Superflua actum non uitiant.l. testamentum.in fi.C.de testa.

Item, Lex superflua remedia non inducit.l.hæc stipulatio.§.diuus.ut lega.no.caue.l.qui bis idem.de stipu.

A tali. Aliud est esse tale, aliud haberi pro tali.glo.in l.mercis.de uerbo.sign.

Item, Propter quod unũquodque tale, & illud magis. authent.multò magis.C.de sac.san.eccle.

A tacitis. Par est uirtus taciti, & expreßi.l.cùm quid. si cert.peta.

Item, Frustrà exprimitur, quod tacitè subauditur.l. non rectè.C.de fideiusso.

Item, Multa expressa nocent, quæ tacita non obessent.l. nonnunquam.de conditio.& demon.

A taxatiuis. Dictio taxatiua non excludit casus similes.

l.ob

l.ob æs.ubi glos.C.de præd.mino.

Item, Dictio taxatiua,non excludit casus tacitè inclusos.l.precibus.ibi in primũ casum tantũ.C.de impub.

A tẽpore præsenti. Charius est modicũ præsens,quàm multa futura. l.cùm hi.in princ.iunc.glos.de trãsac.

Item, Actus præsens præteritam intentionem declarat. l.si hi qui.C.de adulte.

A tempore præterito. Verba præteriti temporis, sunt abnegatiua præsentis.§.fuerat.insti.de actio.

Item, Præteriti ratio scire futura facit. Vel, Ex præterito præsumitur in futurum. c.scribam.de præsumptio.& regu.semel malus.de reg.iu.in VI.

A futuro. Omne futurum despicitur,suadentq; magis præsentia fructum. Claudia. l.cùm hi. de transactio. in princi.

Item, De futuris contingentibus non est determinata ueritas.l.uentre.de acquiren.hæredi.

A uerisimili. Quod uerisimile non est,attẽdi non debet. l.fi.in prin.quod met.cau.c.quia uerisimile.de præsumptio.

Item, In obscuris secundum magis uerisimile est iudicandum.l. in obscuris.de regu.iur.

A uariatione. Variatio & inconstantia reprobatur. l. in causæ. de procurato.

Item, Circa diuersa admittitur uariatio.l.de rebus.rer. amota.

Item, Circa idem diuersis respectibus licitum est uariare.l.Papinianus.§.sed nec impu.de inoffi.test.

Ab uniuerso. Quod sumitur ab uniuerso, si in uno deficiat,

ficiat, in totum corruit. l. si is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub.

Item, *Multa transeunt in uniuerso, quæ singulariter non transirent. l. quædam. de acqu. re. domi.*

Ab *unitis. Vnitorum idem est iudicium. l. qui patri. de de acqui. hæredita.*

Item, *Plura simul unita pro uno reputãtur. l. sed si plures. §. filio. de uulga. & pupil.*

Item, *Vbi duo propter unum, ibi unum tantum. l. quominus. de flumi.*

Item, *Virtus unita, fortior est separata. l. si autem. in fi. de aqua plu. arcen. l. qui patri. de acqui. hæredi.*

Ab *ultimis. Vltima derogant primis. l. si mihi. §. in legatis. de lega. I.*

Item, *Vltima opinio in dubio præualet. l. qui filium. §. sabinus. ubi glos. ad Trebellian.*

¶ Rursus sub loco à similitudine facti vel rationis innumeri alij particulares loci cõprehẽdũtur: veluti,

Ab *actore ad reum. l. fi. C. de fruc. & lit. expen.*

Ab *arbitro ad iudicem delegatum. l. item si unus. §. fin. cum l. sequen. de arbit. iunc. c. prudentiam. in princ. & c. cum causa. de offi. & potest. iud. deleg.*

Ab *arrogatione ad legitimationem. l. iubemus. C. de natu. libe.*

Ab *augmento ad diminutionem. l. si ex toto. in princ. de legat. I.*

A *causa ciuili ad criminalem. l. absentem. de pœn.*

A *causa criminali ad ciuilẽ. l. iij. §. sed si mulier. ibi, nam & publico. de lib. ho. exhiben.*

A causa dotis ad causam studiorum. l. aßiduis. §. quis enim. C. qui potio. in pigno. habean.

A causa testati ad causam intestati. l. causa cognita. de uulga.

A ciuitate ad ecclesiam. l. fi. C. de sac. sanct. eccle.

A cõditione ad modum. l. 1. & ij. C. de his quæ sub mo.

A confeßione ad renuntiationem. l. tale pactum. in prin. de pact.

A coniugato ad seruum. l. ij. de lib. homi. exhiben.

A consuetudine ad priuilegium. c. cùm contingat. de fo. competen.

A collatione ad cõputationem. l. quoniam. nouella. iunc. glos. ij. C. de inof. testa.

A contractibus ad delicta. l. ij. §. fi. de custo. reo. l. omnem. de iud. iunc. glos. in l. hæres absens. §. 1. eo. tit.

A contractibus ad iudicia. d. l. omnem. de iud. l. ij. §. idem scribit. de pecul.

A contractibus ad ultimas uoluntates. l. quæ de legato. & l. seruum filij. §. eum qui chirographum. de leg. 1.

A corporalibus ad incorporalia. l. si pater. §. 1. de iu. do.

A dante ad promittentem. l. fin. C. ad l. falcid.

A dispositione legis ad dispositionem hominis. l. nõ impoßibile. de pactis.

A dispositione legis ad ultimam uoluntatem. §. disponat. in authen. de nup.

A dispositione iudicis ad dispositionem testatoris. l. seruus hac lege. de manumißio.

A dominio ad quasi dominium. l. eum qui. §. 1. uersi. publiciana. iunc. ibi glos. de publicia.

A do

A domino ad monasterium. authen. ingreßi. C. de sac. san. eccl. iunc. l. qui in aliena. §. pen. de acqu. hæred.

A donatione inter coniuges, ad donationem inter patrem & filium. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter uir. & uxo.

A dote ad alimenta, & econtrà. glos. in l. ob æs. C. de præd. mino.

A dote ad legitimam. Bart. in l. Titio centum. §. titio genero. in fi. de condi. & demonstra.

A dubitante ad ignorantem. l. manifestißimi. §. sin autem nescius. C. de furtis.

A diminutione ad augmentum. l. fi. §. fi. de leg. iij. l. & si contra. de uulga.

Ab effectu ad causam. c. at si clerici. in princi. de iud. c. cum cessante. de appel. l. nõ codicillum. C. de testam.

Ab excommunicatione ad interdictum. c. ad hæc. el. v. iunc. glos. de appellatio.

A falcidia ad Trebellianicam. l. 1. de lega. 1.

A feudo ad emphyteosim, & econtrà. l. 1. §. fi. iunc. ibi glo. si ager uectigal. & c. 1. §. rei autem. de inuesti. de re alie. fac. in usi. feudo.

A filio ad seruum. l. si filiofam. la. ij. de dona. cau. mor. l. cùm aliquis. C. de iu. delibe.

A filio ad monachum. authen. ingreßi. C. de sacr. sanct. eccles. iunc. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter uir. & uxo.

A fructibus ad usuras. l. lecta. circa fin. si cert. petatur.

A fure ad morosum. l. inter stipulantem. §. penul. iunc. glos. in uerbo, facta. de stipulatio.

A furioso ad ignorantem.l.si à furioso. si cert.pet.

A genere ad speciem, & econtrà.l.1.si cer.peta.

Ab his quæ nouiter emerserunt, ad ea quæ nouiter ad notitiam peruenerunt.c.ut circa.uersi.alioquin.de elec. & elec.pote.in VI.c.pastoralis. de except.

Ab indefinita ad uniuersalem.l.si pluribus. in prin.de leg.ij.

Ab inuito ad ignorantem.l.qui potest.la.1.de reg.iur.

A iuramento ad sententiam.l.actori.C.de reb.credi.l.1.de iureiur.

A iudicijs ad arbitria.l.1.de arbit.

A iudicijs ad contractus.l.iij.§.idem scribit.de pecul.

A iudicijs ad ultimas uoluntates.l.qui testamēto.§.quæcunq;.uersic.in omnibus.de testa.

A iure patronatus ad emphyteosim. Bar.in l.& iusiurandi.§.si liberi.de ope.liberto.

A iudice ordinario ad delegatum.not.in c.1.de rescrip.

A lege principis ad l.ciuitatis.l.omnes populi.de iust. & iur.

A lege communi ad municipalem.l.fi.in fi.C.de fideiusso.l.ij.C.de noxal.actio.

A lege principis ad l.testatoris.§. disponat. in authen. de nup.

A lege ad consuetudinem.c.clerici.de iud.l.de quibus. de legib.

A lege ad sententiam.arg.l.secundæ.§.post originem. de orig.iu.

A lege ad pactum.l.1.§.si conueniat.deposi.l.cōtractus. de reg.iur.c.contractus.eod.tit.in VI.

A le

A lege ad rationem naturalem.l.ſcire oportet.§.ſufficit. de excuſat.tuto.

A legato ad donationem.§.1.inſti.de lega.

A legato ad mādatum.l.etſi transferan.de adi.leg.iunc. dictus per Archid.in c.licet.de procur.in VI.

A lege mortua ad legem uiuam.l.ſi quis filio exhæreda-to.§.penul.de iniuſt.rup.teſt.

A legato ad beneficium.l.legatum.de lega.ij.c.quia di-uerſitatem.de conceßio.præben.

A legitima filiorum ad legitimam parentum.§.ſiue igi-tur.uerſi.& hæc quidem.in authen.ut cùm.de appel. cogno.l.nam & ſi parentibus.de inof.teſtam.

A legitimato ad adoptatum.not.in l.adoptionem.la.1. C.de adoptio.& in l.1.ad municip.

A liberto ad legitimatum.§.ſi quis uerò non habens.in authen.quib.mod.natu.effi.legi.

A liberto ad uaſallū,et ecōtrà.gl.in l.ſolo.C.de lib.cau.

A libertate ad piam cauſam.l.1.§.penul.ibi,ratione pie-tatis.C.commu.ſer.manumiſ.

A loco ad quantitatem.l.fi.de iuriſd.om.iud.

A loco ad tempus,& econtrà.l.uinum.ſi cert.pet.

A lucro ad dānum.l.ſi non fuerint.in fi.& l.cùm duo-bus.§.quidam.in fi.pro ſocio.

A manumißione ad mortem.l.ſi mihi alienum.de ſolu.

A matre ad auiam.authen.matri & auiæ.C.quādo mu. tutel.offi.

A matrimonio carnali ad ſpirituale.c.inter corporalia. de transla.epi.

A milite ſeculari ad ſpiritualem.gloſ.& docto.in l.mi-

les.in princ.de re iudica.

A morte ciuili ad naturalem.l.Deo nobis.§. nam & maritis.C.de episc.& cler.

A nihilo ad parum.glos.in l.si pupillus.§.si ego.in uerbo,ex contrario.ad l.falcid.

A notario ad testem.l.domitius.de testamen.

A notario ad sententiam.l.si uerò.§.1.qui satisd.cog.l. emptorem.in prin.& ibi glo.in uerbo,quia.de actio. emp.c.fi.de cohabi.cler.& mulie.

A pacto ad consuetudinem.l.non impoßibile.de pact.

A pacto ad statutum.l.fi.in fi.C.de fideiusso.

A pacto ad legem.d.l.non impoßibile.de pact.

A patre ad monasterium.authen.ingreßi.C.de sac.san. eccle.iunc.l.qui in aliena.§.interdum.de acqu.hære.

A persona ad tēpus.l.qui plures.la.ij.in princ.de uulg.

A persona ad locum.l.1.§.o filius.cum l.sequen.ne quis eum qui in ius.

A persona ad rem.l.miles ita. de milita.testa.

A pluralitate una ad multas singularitates.l.falsa.§.si quis.de conditio.& demonstra.

A populo ad principem.l.Barbarius.in fi.de offi.præt.

A priuilegijs ad statuta.l.ij.C.de legi.

A probationibus ad sententiam.l.antepen.de manumiß.

A potentia propinqua ad actum l.penul.de mil.testam.

A pro non scriptis ad quasi caduca. Bar.in l.si duobus. §.1.de lega.1.

A promißione ad traditionem.l.fi.C.ad l.falcid.

A populo ad rempublicam.l.rempublicam. C.de iure reipu. lib.xi.

A pu

A pupillo ad adultum ſub curatore. l. qui autem. §. 1. iunc. gloſ. in uerbo, pertinere. de reb. eo.

A rubro ad nigrum. l. 1. uerſi. quoniam. ſi cert. peta.

A ratione ad ius. c. conſuetudo. diſtin. 1.

A re ad perſonam. l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. de lega.

A re ad locum. l. penul. de iuſti. & iur.

A re ad tempus, & econtrà. l. miles ita. de milit. teſtam.

A rectore eccleſiæ ad tutorē. l. omnia. C. de epiſ. & cle.

A reſcripto ad ſtatutum. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Iaſ. in l. iuſtitia. uerſi. iij. & Fortius de iuſti. & iure.

A reſcripto ad ultimas uoluntates. c. authoritate Martini. circa finem. de conceßione præbend. lib. VI.

A ſententia ad teſtamentū. l. hac conſultißima. §. at cum humana. C. qui teſtam. face. poß.

A ſententia ad concluſionem in cauſa. l. ſi rem. la. 1. §. fi. de euictio.

A ſtatuto ad conſuetudinem. l. de quibus. de legi.

A ſtatuto ad ultimam uoluntatem. Bar. in l. 1. in fi. de regu. cato.

A ſolutione ad promißionem. l. eum qui ita. §. penul. de ſtipulatio.

A ſtipulatione ad legatum. l. quæ de legato. de legat. 1.

A tempore ad quantitatem. l. ſcimus. §. ſancimus. C. de inof. teſt. l. ſolidum. de ſolutio.

A tempore ad modum. l. miles ita. de mili. teſtam.

A tempore ad tempus. l. omnes. §. à barbaris. de re mili. l. non eſt neceſſe. de probatio.

A tempore pestis ad tempus belli. Bar. in l. naturaliter. uersic. quæro an ista usucapio. de usuca.

A testatore ad legem. l. si quis legauerit. la. ij. de lega. I.

A testatore ad iudicem. l. ij. §. I. de diuiden. tutel.

A testamẽtis ad rescripta. c. authoritate Martini. de præben. in VI.

A testamentis in scriptis ad nuncupatiuum. l. iubemus. uersicu. quemadmodum. & ibi. C. de testa.

A testibus ad instrumẽta. l. in exercẽdis. C. de fid. instr.

A teste se corrigente ad partem se corrigentem. not. in c. præterea. de testi. cogen.

A toto ad partem. l. iurisgentium. §. adeò. de pact. & l. quæ de tota. de rei uendica.

A trãsactione ad sententiam. l. non minorẽ. C. de trãsac.

A transactione ad diuisionem. l. I. C. si aduer. transac.

A tributis ad decimas. Barto. in l. I. in prima additio. de anno. & tribu. lib. x.

A tutore ad magistratum. l. fi. de magistra. conuen.

A tutore ad prælatum. l. non est ignotum. iunc. glos. fin. C. de administra.

A tutore ad syndicũ. l. I. §. I. & §. æquè. de mune. et ho.

A uidua ad coniugatam. l. fœminæ. in fi. de sena.

Ab ususcapione & rei uendicatione ad publicianã. l. sed & si. aliàs, eum qui. §. in publiciana. de publicia.

Ab ultima uoluntate ad statuta, pacta, cõtractus, iudicia, sententias. l. eum qui ita. in princ. de stipulatio. cum multis præallegatis.

Posteriores hosce locos à similitudine facti uel rationis à Nexizano, Cantiũcula, Grammaro, & Nicolao Eue-

rardo,

rardo, qui de his uolumina scripserunt, quasi inuitus accepi. Verùm ne etiam appendicula ista à uobis desideraretur, tantillum laboris hac in re assumere non recusaui. Sequuntur nunc sedes materiarum.

¶ De sedibus materiarum. Caput XIX.

MATERIARVM sedes uocamus ea loca, in quibus materiæ à doctoribus pleniore stilo, & solenni (ut inquiunt) apparatu communiter pertractantur, ad quæ confugere solemus, quoties facti speciem, seu decisionem (ut suprà ostendimus) haud facilè retinemus. Nempe omnium habere memoriam diuini magis est, quàm humani ingenij. Centum igitur sedes ex uulgatioribus, ad exemplum duntaxat subijciemus, ut discant iuuenes proprio labore reliquas sibi ipsis cumulare.

l. ij. §. si quis autem in tãta. C. de uet. iur. enuc.

Sedes Materiarum.

1 ABSENTIARVM materia tractatur. in l. inter minores. de in integ. restit.

2 Actionum utilium sedes. in l. 1. de actio. & oblig.

3 Actionis negatoriæ & confessoriæ. in l. si prius. de ope. no. nuntia.

4 Alienationis probibitæ. in l. filiusfamiliâs. §. diui. de lega. 1.

5 Alimentorum. in l. mela. de ali. & ciba. lega.

6 Arbitrorum & arbitratorũ. in l. si quis arbitratu. de stipula. seu uerbo. obli. & in l. societatem. §. arbitrorum. pro socio.

7 Arbitrariarum actionum. in l. in actio. de in lit. iur.

8 Argumentorũ. in l. conuenticulã. C. de epis. & cle.

9 *Argumenti à contrario sensu. in l. 1. de off. eius.*
10 *Breuiloquæ seu reciprocæ substitutionis. in l. lucius. de uulga. & pupill. substit.*
11 *Beneficiorum principis. in l. fi. de consti. princi.*
12 *Calculationis seu computationis. in l. instar. C. de iu. fisci. lib. x.*
13 *Casuum fortuitorum. in l. fistulas. §. frumenta. de contrahen. emptio.*
14 *Cessionis. in l. modestinus. de solutio.*
15 *Citationis. in l. de unoquoq;. de re iud.*
16 *Ciuilis obligationis. in l. Iulianus uerum debitorẽ. de conditio. indeb.*
17 *Clausulæ codicillaris. in l. 1. de iu. codicillo. & in authent. ex causa. in fi. C. de lib. præter.*
18 *Clausul. derogatoriæ. in l. si quis. in prin. de le. iij.*
19 *Collationum. in authen. ex testamento. & in l. si emancipati. C. de collatio.*
20 *Collectarũ & talearũ. in l. placet. C. de sacro. eccl. & in l. eam quæ. C. de mulie. & in quo lo. lib. x.*
21 *Compendiosæ substitutionis. in l. cẽturio. de uulga.*
22 *Correctionis. in l. si uerò. §. de uiro. solu. mat. & in authent. quas actiones. C. de sacro. eccl.*
23 *Consilij & auxilij. in l. furti. §. ope. de furt.*
24 *Contractuum ante uel post delictum. in l. post contractum. de donatio.*
25 *Cumulationis, emendationis, & mutationis actionum. in l. edita. C. de eden.*
26 *Cumulationis petitorij & possessorij. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquirend. possessio.*

Datio

27 Dationis in solutum. in l. à diuo pio. §. si pignora. de re iudic.
28 Declarationis. in l. idē Pōponius. §. fi. de acq. pos.
29 Defensionis. in l. ut uim. de iusti. & iu.
30 Dilationum. in l. fina. de ferijs.
31 Diuidui & indiuidui. in l. iiij. §. cato. de stipul. & in l. stipulationes non diuiduntur. eod. titul.
32 Diuisionis. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de stipul.
33 Donationis omnium bonorum. in l. stipula. hoc modo. de stipula.
34 Doctorum & scholasticorū. in l. 1. C. de digni. lib. xij. & in authent. habita. C. ne fil. pro patre.
35 Emptionis fructuum. in l. cotem. §. qui maximos. de publica.
36 Aequiparatorum uel adæquatorum. in l. 1. de lega. 1.
37 Excußionis. latißimè per Lucam de Pēna. in l. 1. C. de decurio. lib. x.
38 Exceptionum impedientium litis ingressum. in l. uir bonus. iudi. sol.
39 Exceptionis de iure tertij. in l. ij. de except. rei iud.
40 Exemplaris substi. in l. ex facto. de uulga. & in l. humanitatis. C. de impub.
41 Expensarum litis. in l. properandum. §. siue autem alterutra. C. de iudi.
42 Extensionis. in l. gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posth.
43 Famæ. in l. de minore. §. tormenta. de quæsti.
44 Fictionum. in l. si is qui pro emptore. de usucapio.
45 Filiationis. in l. filium diffinimus. de his qui sunt sui,

uel

uel alie.iu.& in l. si uicinis. C.*de nuptijs.*
46 *Fluminum, molendinorum, & regalium.in l.quo= minus.de flumini.*
47 *Fructuum.in l.in fideicommissaria.ad* Trebell.
48 *Geminationis.in l.balista.ad trebellia.& in l.cùm scimus.*C.*de agrico.lib.*XI.
49 *Grauaminis per fideicõmissum. in l.cùm filiofam. de lega.*I.*& in l.ab eo.*C.*de fideicomm.*
50 *Homicidij.in l.damni.§.sabini.de dam.infec. & in l.*I.C.*ad l.* Cornel.*de sica.*
51 *Indefinitæ orationis.in l.si pluribus.de lega.ij.& in l.*C*æsar.de publica.*
52 *Insinuationis.in l: modestinus.de donatio.*
53 *Interrogatoriorũ.in l. ubicũq;.de interroga. actio.*
54 *Inuentarij.in l.scimus.*C.*de iu.delib.& in auth.de hæredi.& falc.in §. si uerò expreßim.cum seq.*
55 *Interesse.in l.uni.*C.*de senten.quæ pro eo.& in l. quatenus.de regu.iur.*
56 *Iuramenti.in l.si quis maior.*C.*de transactio.& in authen.sacramẽta puberũ.*C.*si aduers.uenditio.*
57 *Iuramenti suppletiui. in l.admonendi.de iureiur.*
58 *Iuramenti in litem.in l.nummis.de in lit.iuran.*
59 *Iuramenti calumniæ . in l.qui bona.§.si alieno.de dam.infec.*
60 *Iurisditionum.in l. imperium.de iurisdi.om.iud.*
61 *Latæ culpæ.in l.quod nerua. depositi.*
62 *Legitimæ.in authen.nouißima.*C.*de inof.testa.*
63 *Legitimationis.in l. gallus.§.& quid si tantum.de libe.& posthu.*

Modi.

64 Modi.in l.quibus.§.thermilius.de cōdi.& demon.
65 Moræ.in l.si insulam.de uerbo.oblig.seu stipul.
66 Mortis naturalis & ciuilis.in l.gallus.§.& quid si tantum.de libe.& posthu.
67 Naturalis obligationis.in l.frater à fratre.de condi.indebi.
68 Nobilitatis.in l.1.C.de dignita.lib.xij.
69 Nominis proprij & appellatiui.in l.si quis in fundi. de lega.1.
70 Oblationis.in l.acceptam.C.de usu.
71 Obligationum facti.in l.stipulationes non diuiduntur.de stipulatio.
72 Ordinis.in l.ij.§.prius.de uulga.& in l.prolatam.C.de senten.
73 Ordinis successiui ex testamento.in l.gallus.§.quidam rectè.de libe.& posthu.
74 Pabuli siue pastionis.in l.non solum.§.sed ut probari.de ope.no.nuntia.
75 Pacti de hæreditate uiuentis.in l.fi.C.de pact.
76 Pacti de retrouēdendo.in l.ij.C.de pac.inter emp.& uendi.
77 Pacti nudi.in l.iurisgen.§.sed cùm nulla.de pact.
78 Primi & secundi decreti.in l.si finita.§.iulianus.de dam.infec.
79 Probationum omnium.in l.admonendi.de iureiu.& in rub.C.de probatio.
80 Prodigorum.in l.is cui.de stipulatio.
81 Protestationum.in l.non solum.§.morte.de ope.no.nuntia.

Pupil

82 Pupillaris substi.in l.ij.de uulga.& pupill.
83 Quartarũ.in l.in quartam.ad l.falci.& in l.filium. C.famil.hercis.
84 Relatiuorum.in l.1.in princ.C.de sum.trini.& in l.stichum qui meus erit.de lega.1.
85 Remißionis pensionum.in l.cotem.§.fi.de publica.
86 Remißionis fideicommißi.in l.1.C.de pac.
87 Renuntiationis iuris futuri.in l. qui superstitis.de acqui.hær.& in l.pactũ quod dotali.C.de pac.
88 Renuntiationis litis & causæ.in l.postquàm liti.C. de pactis.
89 Repetitionis dotis constante matrimonio.in l.si con stante.solu. matrimonio.
90 Sententiæ interlocutoriæ.in l.quod iußit.de re iud.
91 Solennitatis intrinsecæ & extrinsecæ.in l. sciendũ. de stipula.
92 Suitatis. in l.in suis.de libe.& posthu.& in l.si filius qui patri.de uulg. & in l.apud hostes.C. de su.& legi.
93 Testamenti inter liberos.in l.hac consultißima.§. ex imperfecto.C.de testa.
94 Testamenti ad pias causas.in l.1. C.de sacro. eccl.
95 Transmißionis.in l.si infanti.C.de iu.delibe.
96 Valoris & augmenti monetæ.in l.Paulus.de solut.
97 Variationis.in l. de rebus.rer.amota. & in l. serui electione.de lega.1.
98 Verborum enuntiatiuorum.in l.ex hac scriptura.de donationibus.
99 Vsurarum.in l.curabit.de actio.emp. & in l.cente simis.

ſimis. de ſtipulatio. & in l. lecta. ſi cert. peti.

100 Vulgaris ſuſtitutionis. in l. 1. de uulga.

¶ Potuiſſem equidem (circũſpecti iuuenes) longè plures, & propè innumeras ſedes materiarum, non modò Ciuilis, ſed & Pontificij iuris congerere. Verùm ſolius laboris opus fuiſſet, & ab inſtituto noſtro (qui iſthæc omnia ad exemplum duntaxat paramus) maximè alienum. Vos ipſi aßiduis ſtudio ac diligentia contendetis ita ueſtrum negotium agere, ne laborem noſtrum ultrà deſideraſſe uideamini.

¶ Philoſophos, oratores, hiſtoriographos, poëtas, aliosq́; idoneos authores, interdum recreationis gratia legendos. Caput XX.

MVLTA fortaſſe in præcedentibus, & præſertim ſecundo capite, aliquãtulum durius quàm par ſit, à quibuſdam ſcripſiſſe dicemur, quòd nullam ciuilibus ſtudijs intermißionem, nullamq́; alijs diſciplinis, præter quàm uni legali operam concedere uideamur. Verùm non abs re iuueni ad leges properanti, illud ipſo initio propoſuimus, ut ad ea ſtudia maxime procliuẽ redderemus. Cæterùm ita ſemper (ſi rectè iudicemur) ſentẽtiam noſtram temperauimus, extraneas diſciplinas principali ſtudio non eſſe tractãdas: qua in re nunc etiam nobis conſtamus. Quando autem fieri nequit, ut ſeueris legum ſtudijs perpetuò inſiſtamus, nullaq́; intermißione animum releuemus, id ipſum temporis, quod iocundioris otij cauſa ſubſtrahimus, non aleæ quidem, ſcortis'ue, aut compotationibus, ſed liberalibus ſtudijs indulgeri, atque in probatis authoribus conſumi uelim, ex quorum lectione

ſemper

ſemper aliquid ad uitæ, morumq́; inſtitutionem addiſcere liceat. Placent ex *Græcis* Plato, *Iſocrates*, Homerus & Heſiodus, *quos etiam* Latinos *habemus*: ex *noſtris*, Cicero, C. *Cæſar*, Liuius, *Salluſtius*, *Suetonius*, Plutarchus, Plinius, Virgilius & Horatius: *ex modernis* Iouius Pontanus. *Non improbo Senecæ, aliorumq́; philoſophorum lectionem, quorum libri (ſi parum elegantes) utiliſsimis tamen ſententijs referti ſunt, ex quibus (uelut pulcherrimis & ſuauiſsimis floſculis) ſtudijs noſtris legalibus non parum ornamenti, cùm in loquendo, tum in ſcribendo accedere poterit. De ſcripturarum uerò lectione, ideò ſermonem facere prætermiſimus, quòd neminem, cuiuſcunque facultatis exiſtat (modò Chriſtianus ſit) tam neglectæ pietatis eſſe arbitramur, qui non in primis eorum quæ ad dei cultum ſpectant, præcipuam rationem ducat. Vana utique erunt omnia, &* Philoſophia, *& leges, &* Medicina, *ſi Chriſtiani dogmatis præcepta poſt ponàtur. Eos uerò maximè fatuos iudicamus, qui mundana inflati ſapientia, nunquam ſe in ſpiritum colligunt, & cognitionem ſui, ac creatoris poſthabentes, carni duntaxat placere ſtudent. At quantũ præſtaret illos longè minus eſſe ſapientes, ſapientia inquam ſeculari, quæ apud deum mera ſtultitia eſt? Quoniam uerò bonorum authorum lectionem ad uitam, moresq́; inſtituendos, aliquando per otium non probamus, nonnullas interim ex uarijs authoribus ſententias ad rem militarem (cuius noſtros etiam iuriſconſultos ſtudioſos admodùm fuiſſe conſtat) pertinentes, cùm exempli, tum recreationis gratiâ ſubijciemus.*

Armis

ARmis Italia uinci non poteſt, nec Græcia diſciplinis. Cicero.

Arma ſcire milites oportet, magis quàm leges. Iuſtinianus Imperator.

Arma alienare militem, graue crimen eſt. Paulus Iuriſc.

Ab omni militia ſerui prohibentur. Martianus Iuriſconſ.

Adulteri, uel aliquo iudicio publico damnati, inter milites non ſunt recipiendi. Arrianus Iuriſconſult.

Ars bellandi, ſi nõ præluditur, cùm neceſſaria fuerit non habebitur. Caſsiodorus.

Ad opus priuatum, uelut piſcatum, uenatum, miles mitti non debet. Martianus Iuriſconſultus.

Audacia pro muro habetur: neceßitudo etiam timidos fortes facit. Salluſtius.

Aliquo modo expugnatur, quod undiq; inuaditur. Hieronymus.

Audentes fortuna iuuat. Virgilius.

Arma tenenti Omnia dat, qui iuſta negat. Lucanus.

Arma atq; inſtrumenta inimicorum, pro hoſtibus habenda ſunt. Incerto authore.

Amicitiæ iura non uiolat, qui inimicorum iniurias ulciſcitur.

Aliena temerè oppugnat, qui ægrè ſua bello tuetur.

Bellum ita ſuſcipi debet, ut nil aliud quàm pax quæſita uideatur. Cicero.

Boni Imperatoris eſt, ciuium ſalutem ſuæ incolumitati anteponere. Plutarchus.

Cùm tempus & neceßitas poſtulat, decertandum eſt manu, & mors ſeruituti & turpitudini anteponenda. Cicero.

Conſilio opus eſt prius: ubi conſulueris, maturè opus eſt facto. Salluſtius.

Arrianus Iurisconsultus. *Contumacia omnis aduersus ducem uel præsidem militis, capite punienda est.*

Modestus. *Cùm explorator oberrat in castris, omnes ad tentorium suũ redire iubeantur, statim deprehẽditur explorator.*

Idem. *Cùm consiliũ tuum cognoueris aduersarijs proditũ, dispositionem mutare te conuenit: rarò enim abscõditum manet, quod ad multitudinis notitiam iam peruenit.*

Paulus Iurisconsultus. *Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum.*

Virgilius. *Dolus an uirtus quis in hoste requirat?*

Idem. *Degeneres animos timor arguit.*

Incerto authore. *De præda solicitus miles, magnam uictoriæ partem amittit.*

Dux circumspectus hoc potißimum cogitare debet, ut ipse commeatu abundet, & hostis penuria laboret.

Disciplina militaris magis in obedientia, quàm in fortitudine consistit.

Cæsar. *Est quædam animi incitatio atq; alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnæ incenditur: hanc non reprimere, sed augere Imperatores debent.*

Sallustius. *Etsi in omnibus, tum maximè in rebus bellicis, fortuna dominatur.*

Iulius Celsus. *Errat qui in bello secundos rerum euentus omnes expectat.*

Incerto authore. *Ex hoste non laudem, sed uictoriam quærimus.*

Etiam in hoste uirtus probanda est.

Chabrias. *Formidabilior est exercitus ceruorum duce leone, quàm leonum exercitus duce ceruo.*

Ambrosius. *Fortitudo quæ tuetur bello à barbaris patriam, uel domi defen*

*defendit infirmos, uel à latronibus socios, plena iusti-
tia est.*

Frustrà contra exteriores bellum geritur in campo, si intra urbis mœnia ciuis insidians habetur. Idem.

Fieri quid debeat tractato cum multis, quid facturus sis cum paucißimis ac fidelißimis. Modestus.

Facilè clementia, liberalitate, & iustitia regna parari solent: difficillimè uerò sub tyrannide armis retineri. Incerto authore.

Grauius est delictum detrectare munus militiæ, quàm appetere. Arrianus Iurisconsultus.

Grassatorum est ac sicariorum, post spoliatos uiatores eosdem obtruncare: strenui uerò militis, id nullo modo. Pontanus.

Incertus semper est exitus belli, & Mars communis. Cicero.

In rebus bellicis aduersa authoritatem minuunt. Cæsar.

In pugna usus & exercitatio solēt magis prodesse quàm uires. Vegetius.

In bello qui rem à Duce prohibitam facit, aut mandata non seruauit (etiam si res bene cesserit) capite puniendus est. Modestinus Iurisconsultus.

In rebus inchoandis prudentia & consilio uti oportet, periclitantibus uerò audacia. Cassiodorus.

Improuisus hostis fortiter opprimitur. Isidorus.

In uictos prostratosq; humanitas exuenda non est: nec tela in captiuos, uerùm in acie stantes exercenda. Pontanus.

Imperita multitudo ad fugam promptior est, quàm ad uictoriam. Incerto authore.

Iis qui maiores uiribus animos gerunt, semper obfuit in bello temeritas.

Iustißima quidem arma sunt, quibus publica omnium salus continetur.

Virgilius. Labor improbus omnia uincit.

Incerto authore. Laudandus quidem est hostis, sed omni arte & studio opprimendus.

Lugere in bello peremptos, inutilis est pietas.

Scipio. Malo unum ciuem seruare, quàm mille hostes perdere.

Quintus Curtius. Militaris turba sine duce, corpus est sine spiritu.

Vegetius. Melius & tutius est hostem fame urgere, quàm ferro.

Hieronymus. Militiæ conuenit Christianæ, excuti calamitatibus, & probari.

Lucæ iij. Milites neminem concutiatis, sed contenti estote stipendijs uestris.

Incerto authore. Minimè quidem rei gerendæ consilia apud hostes quærenda sunt.

Multos conatus sui sæpè pœnituit.

Multos belli neceßitas industrios fecit.

Sillius. Magnum est ex hoste reuerti.

Salomon. Non in multitudine exercitus uictoria belli, sed de cœlo fortitudo est.

Macrobius. Nil magis magno duci conuenit, quàm pro omnibus cogitare.

Iulius Celsus. Non minus in milite modestia, quàm uirtus animi, & magnitudo desideranda est.

Floren. Iurisconsultus. Nihil interest an ui uel fallacia, captiuus hostium potestatem euaserit.

Vegetius. Non cæsim sed punctim ferire, tyrones docendi sunt: sic Romani, orbis gloria, pugnare solebant.

Incerto authore. Non sunt minis perterrendi, quibus promptius est ad arma

ma iniurias, quàm ad uerba referre.

Non oratione, sed bello uis hostium propulsanda est.

Nihil tam difficile uel arduum, quod pertinax militum opera non expugnet.

Non multitudine imperita res magnæ geruntur, sed in uirtute paucorum uictoria sita est.

Non potest in deterius labi fortuna, ubi afflictis rebus opem afferre non poßis.

Non ulla perenni Amplexu fortuna fouet. Sillius.

Nulla fides, pietasq́;, uiris qui castra sequuntur. Lucanus.

Optimè ducis munere fungitur, qui res hostium quammaximè exploratas habet. Plutarchus.

Omnia prius experiri Imperatorem consilio, quàm armis decet. Terentius.

Optima uictoria quæ sine sanguine euenit. Laërtius.

Optimus miles in re rustica nutritus. Vegetius.

Officium regentis exercitum, non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit. Martianus Iurisconsultus.

Omni laude dignus est, qui nec aduersa fortuna frangitur, nec in secundis rebus extollitur. Incerto authore.

Omnia, etiam extrema, prius tentanda sunt, quàm ad arbitrium & deditionem hostium compellaris.

Pluris faciendus est dux sine exercitu, quàm exercitus sine duce. Plutarchus.

Pax bello paratur: nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellum instructi. Idem.

Pulchrumq́; mori succurrit in armis. Virgilius.

Parum quidem sibi consulere uidentur, qui hostem in pugnam temerè & sine causa lacessunt. Incerto authore.

Parũ laudis habet uictoria, in qua plus fortunæ ludibrio actũ est, quàm hominum uirtute, seu cõsilio prouisum.

Pertinax inimicus, magis beneficio, quàm uindicta irritatur.

Cicero. Quatuor in summo Imperatore requiruntur: scientia rei militaris, uirtus, authoritas, felicitas.

Vegetius. Qui secundos optat euentus, dimicet arte, non casu.

Idem. Qui desiderat pacem, præparet bellum.

Augustinus. Qui præsumit de uiribus suis antequàm pugnet, ipse prosternitur.

Laërtius. Qui tuto regnare uolunt, beneuolentia, non armis stipari oportet.

Iustinianus Imperator. Qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam uiuere intelliguntur.

Incerto authore. Qui uiribus maiora audent, temeritatis quidem pœnas sæpè persoluunt.

Qui iustius de Imperio certant, promptiores ad uictoriam redduntur.

Qui maiorum instituto ius ipsum in armis habent, cædibus, præda, ac rapinis pro legibus utuntur.

Qui prius iniurias intulêre, grauiores ipsi expectẽt necesse est.

Laërtius. Quantum in bello ferrum, tantum in republica eloquentia ualet.

Seneca. Quodcunquelibet facere uictori licet.

Vegetius. Qui raró aut nunquàm uiderunt homines uulnerari, uel occîdi, cùm primum aspexerint perhorrescunt, & pauore confusi de fuga magis quàm de conflictu incipiunt cogitare.

Ratio

Rationem belli neceßitas mutat. Quintus Curtius.

Rectè omnia prouidisse, non tam prudētiæ debet, quàm fortitudinis uideri. Incerto authore.

Sapiētis ducis est, inter hostes discordiarum causas procurare. Vegetius.

Satius est pacem ab hostibus petere, quàm bellum frustrà moliri. Incerto authore.

Sæpè hostis clementiam uincit delicti magnitudo.

Serò patriæ consulere uidentur, qui desperatis rebus conantur extrema.

Sera nimis est post cladem belli deliberatio.

Satis quidem prudentiæ in gerendis rebus habuisse existimantur, quorum uirtuti & constantiæ fælix successus illuxit.

Turpe est Imperatori aut militi dicere, non putaram. Scipio.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis. Lucanus.

Turpißimum est strenuos Imperatores latronum bella imitari. Incerto authore.

Turpe est tot calamitatibus affectos, superbè adhuc cum uictoribus agere.

Vnicum consilium rectum, magnam militū manū prosternit. Laërtius.

Via hostibus qua fugiant inuenienda. Scipio.

Vbi summus Imperator non adest ad exercitum, citius quod non facto'st usus fit, quàm quod facto'st opus. Plautus.

Vinculo quodam patientiæ obligandi sunt impetus belli. Macrobius.

Vna salus uictis nullam sperare salutem. Virgilius.

Vn bel morir tutta la uita honora. Petrarcha.

¶ De Iurisconsultorum laudibus. Caput XXI.

BONORVM *authorum lectionem cùm periucundam, tum perutilem esse inficiari certè non possumus. At si uera fateri uolumus, nihil omnino adeò elegans & iucũdum facilè inuenietur, quod ad nostrorum iurisprudentum responsa collatum, non insipidum uideatur. Ego enim (quantum mihi usu uenisse comperi) ubi multa uariaq; percurri, nihil tandem quod ad Iurisconsultorum elegãtiam, uel dignitatem accederet, nihil quod eorũ dogmata æquaret, usquàm offendi. Tria in illis summa admiratione digna semper iudicaui: primùm quòd nõ in fabulas, aut commentitias narrationes, sed in leges, ac præcepta, quæ ad humanæ uitæ regulam ac beatitudinẽ spectãt, omnes ita cõuenisse inueniuntur, ut nõ planè à diuersis, sed ab eodẽ prorsus defluxisse omnia uideantur. Protulêre equidẽ & suas antiqui illi Philosophi sententias, quas tamen si diligẽtius excusseris, nec omnino perfectas, nec semper respõdentes inuenias. In Iurisconsultis (adde Christianã fidem) nihil ab Euãgelica doctrina recedit. Sequens est dicẽdi stilus, quo nullus sanè (eruditorum omnium iudicio) purior aut elegantior inuenitur: ut ne ipse quidem Romanæ eloquentiæ parens Cicero (si leges condere maluisset) existimetur melius fuisse dicturus. Vix enim potest cum breuitate eloquentia esse coniuncta: atqui in Iureconsultis non satis liquet, utrum breuitatem, an elegantiam magis admiremur. Quæ res cùm longè disertius à Laurentio Vallensi explicata fuerint, eius uerba referre præstabit: Perlegi (inquit) proximè quinquaginta Digestorum libros, ex plerisq; Iurisconsulto*

Laurentij Vallæ iudicium.

sultorũ uoluminibus excerptos: & relegi cum libenter, tum uerò quadam cum admiratione. Primùm quòd nescias, utrum diligentia'ne, an grauitas: prudentia, an equitas: scientia rerum, an orationis dignitas præstet, & maiori laude dãda esse uideatur. Deinde, quòd hæc ipsa ita in unoquoq; illorum omnia sunt egregia & perfecta, ut uehementer dubites, quem cui præferẽdum putes. Cui simule quiddam (ut de ultima tantùm parte quæ ad nos pertinet dicam) in epistolis Ciceronis admirari solebam, quæ quum à pluribus scribantur, omnes tantum ab uno, eodemq́; (audacius dixerim) si personas sustuleris, ab uno Cicerone scriptæ iudicentur: ita uerba, ac sententiæ, characterq́; ipse dicẽdi ubiq; sui est similis. Quod eò magis in iurisconsultis est admirandum, quòd illi eadem ætate cuncti extiterunt, in eodem quasi ludo ac schola instituti: hi uerò inter se etiam seculis distant, licet post Ciceronem. Ideoq́; quibusdam in uerbis ab eo differentes, quales omnes à Virgilio usq; ad Liuiũ fuerunt. Nam Seruij Sulpitij, atq; Mutij Scæuolæ nil extat, sed alterius Mutij recentioris. Et prisci illi quidem iuriscõsulti quales, quantiq́; in eloquendo fuerint, iudicare non possumus: quippe quorum nihil legimus. His autem qui inter manus uersantur, nihil est, mea sententia, quod addi, adimi'ue posse uideatur, non tam eloquentiæ (quam quìdem materia illa non magnoperè patitur) quàm latinitatis, atque elegantiæ: sine qua cæca omnis doctrina est, & illiberalis, præsertim in iure Ciuili. Hæc Valla. Philippus quoque Beroaldus summæ eruditionis ac iudicij uir, in commento secundæ Philippicæ Ciceronis, ubi de coëun-

da ſocietate loquitur, Iuriſconſultos noſtros puriſſimè atque elegantiſſimè ſcripſiſſe teſtatur. Poſtremum eſt (quod magis me mouet) quòd omnem ſcientiam, ac ſermonis ſplendorem longè præcurrit: nempè integritas uitæ, & innata quædam probitas, quæ illos ab omni hominum genere ſegregauit. Habemus certè præclaras ex antiquis philoſophis ſententias, & uitæ præcepta non contemnenda, ſed quibus authorum mores minimè reſpondebant. Enimuerò quoſdam humanarum rerum egregios contemptores fuiſſe legimus, ſed ut popularē auram captarent, & priuata pro derelictis habentes omnium facilitate abuterentur. Alios ueſanis amoribus deperijſſe, alios minus liberè prolocutos: nonnullos tyrannorum minis & terriculamentis euictos, in ueritatem & iuſtitiam coniuraſſe: pleroſq; uel ambitione, uel auaritia adeò flagraſſe, ut quas ipſi leges alijs præſcripſerant, nulli pertinacius uiolarent. Hi uerò quàm ſimilem eorum orationi ac ſententijs uitam uixerint, quàm ab omni uitiorum genere temperauerint, quàm liberalibus, ac planè candidis moribus extiterint, nemini obſcurū eſſe poteſt. Nempè (ut ab his qui inter manus noſtras uerſantur exempli ſuffragium petam) Neratius Priſcus, de quo meminit Pomponius, tantæ fuiſſe probitatis legitur, ut Traianus Imperatorum omnium feliciſſimus, nihil eo inconſulto attentaſſe exiſtimetur. Quin etiam (ut Spartianus refert) frequens fuit apud Romanos opinio, Traiano id animi fuiſſe, ut Neratium Priſcum, non Adrianum ſucceſſorem relinqueret, multis in hoc conſentientibus amicis: uſq; eò ut Priſco aliquando dixerit: Commendo tibi Prouincias

cias, si quid mihi fatale contigerit. Singularis omnino probitatis, ac scientiæ uirum esse oportuit, quem tantus princeps in Imperij Romani moderatorem designaret. Accedit Serbidius Scæuola Magni Papiniani præceptor, quo iurisperito Marcum Antonium Philosophum præcipuè usum fuisse Iulius Capitolinus scribit. Porrò & uirum grauem fuisse Scæuolam, & maximæ peritiæ atque integritatis, argumēto sunt, cùm eius respōsa quibus nulla planè tutiora, tum quòd Marco Philosopho Imperatorum omnium sapientißimo tantoperè gratus extiterit. Quis diuini illius Papiniani uirtutes, incredibilesq; animi dotes enarret? Erat quidem ille iurisconsultorum omnium, quotquot uel ante, uel post eum fuerunt excellentißimus: & (ut Spartianus uocat) iuris asylum, ac doctrinæ legalis thesaurus. In supremo dignitatum culmine uiridi admodum ætate constitutus, ut qui præfectus prætorio in trigesimo suæ ætatis anno, secundum à principe locum obtineret, tantæ apud populum authoritatis fuit, ut nequitiā principis facilè posset emendare, & suspectum Imperatorem populo conciliare. Maluit tamen uir optimus mortem oppetere, quàm delictum principis excusare. O rarißimā probitatem, ô fortitudinem inauditam. Quem illi Philosophorum, Rhetorum, Oratorum, aut Poetarum quos antiquitas ueneratur, iustè conferemus? Audacius loquar (neq; hoc tamen sine lachrymis & rubore pronūtio.) Quē eorū qui & Christianum nomen profitentur, & Christianis principibus aßistunt, tale de se exemplum præbere, aut præbuisse unquam cognouimus? At, inquiunt, principibus

bus uerum displicet eloquiū. Malè perdant dij nephandas belluas. Cur non eis displiceat ueritas, quam nunquàm audire consueuerunt? Cur non delectentur mendacio, qui inter adulatores & fucos, inter uultures & coruos perpetuò sedent? Excutiantur principes qui iurisconsultorum opera & consilijs usi sunt: quales habuerint mores, quali iustitia imperia administrauerint, quam de se posteris famam reliquerint. Antoninus Pius, omnium certè principum optimus, quo imperante nihil Romanis aduersum contigit, nulla maior in toto orbe trāquillitas: his (teste Capitolino) usus est iurisperitis, Vindio Vero, Saluio Iuliano, Eburnio Valente, Volusio Metiano, Vlpio Marcello, & Prisco Iaboleno. Horū omnium, dempto Marcello, meminit Pomponius. Optimi quidem fuerunt, & talem principē reddiderunt. Alexander quoq; Seuerus ab Antonini bonitate & iustitia non degenerās, bello tamen aliquantulum clarior, quiq; omnibus principibus uirtutis & gloriæ imaginem solus referre potest, quorum nam ope, uel consilio ad tantā imperij uenustatem peruenit, nisi iurisconsultorum? Quod ne fortè quidam me falsò, aut commentitiè iactare arbitrentur, ipsius Lampridij ad Constantinum uerba audiantur: Notum est illud pietati tuæ quod in Mario Maximo legisti, Meliorem esse rempublicam, & propè tutiorem, in qua princeps malus est, ea in qua sunt amici principis mali. Siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab uno, quamuis optimo, ulla ratione superari. Alexander igitur imperator amicos & parentes si malos reperit, aut puniuit, aut si

uetus

uetus uel amicitia uel neceßitudo non ſiuit puniri, dimiſit à ſe, dicens: His charior eſt mihi tota reſpublica. Et ut ſcias qui uiri in eius conſilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini inſignis uiri filius, Cato temporis ſui, Domitius Vlpianus iuriſperitißimus, Aelius Gordianus Gordiani Imperatoris pater, & ipſe reuera uir inſignis, Iulius Paulus iuriſperitißimus, Claudius Venatus orator amplißimus, Pomponius legum peritißimus, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus. Hi omnes iuris profeſſores, diſcipuli fuere ſplendißimi Papiniani, & Alexandri Imperatoris familiares, & ſocij (ut ſcribit Acolius & Marius Maximus) Catilius Seuerus cognatus eius uir omnium doctißimus, Aelius Serenianus omniũ uir ſanctißimus, Quintilius Caius Marcellus, quo meliorẽ ne hiſtoriæ quidem continent. His tot atque alijs talibus uiris, quid mali potuit cogitari uel fieri, cum ad bonum omnes conſentirent? Et eos quidem malorum cohors depulerat, qui cirumuenerant Alexandrum primis diebus: ſed prudentia iuuenis, his malis occiſis ac depulſis amicitia iſta ſancta conualuit. Iſti ſunt qui bonum principem ſuum fecerunt, & iterũ amici mali qui Romanos peßimos etiam poſteris tradiderunt, ſuis uitijs laborantes. Hæc Lampridius. Quæ utinam in cor cuiuſq; principis penetrarent, ut ad imaginem Alexandri, ſe ad uirtutes & iuſtitiam componerent ac excitarẽt. Iuuenis quidem ille, nec Chriſtiani dogmatis ſatis peritus, uerùm inſignium, atque bonorum uirorum conſuetudine, opera, & conſilio conti-

nuè

nue usus, optimu principis, & rempublicam optimè moderantus, exemplum cæteris immortale reliquit.

HAEC (*dilectißimi iuuenes*) *de iurisconsultorum laudibus studiosè collegi, ut priscos cum modernis conferentes, uobiscum reputetis quantum Hector hic distet ab illo Hectore, qui rediyt exuuias indutus Achillis, uosq; ad illorũ imaginẽ reformetis qui bonos principes efficere poterãt & studebant, existimetisq; nullũ in terris numen augustius ac diuinius inueniri, uiro qui spectatã habeat probitatẽ simul cũ scientia & eruditione cõiunctã. Ad quod* (*etsi Gẽtiliũ exempla uos excitare magnoperè possunt*) *maxime uerò Christi sospitatoris meminisse debetis, à quo omnis gratia, omnisq; sapiẽtia manat: qui nõ rarò uobis salubre illud, ac perpetuò memorãdum præscriptũ inculcauit: Nihil omnino prodesse homini si uniuersum orbẽ lucretur, animæ uerò suæ iacturã patiatur.*

¶ Nunquam parcendum calamo, & quæcũque vel ex legibus, vel idoneis authoribus excerpuntur, in repertorium atque ordinem redigenda.

Caput XXII.

VLTIMVS *studioso iuueni labor superest* (*posteaquàm & in legibus bene uersari, & doctorũ opiniones discutere subtiliter, atq; ingeniosè didicerit*) *memoriam firmiter stabilire, ne* (*ut aliquãdo prædiximus*) *tot uigiliæ, totq; labores intereant. Quippè & memoriam hominis labilem esse constat, & nullam ferè disciplinam officium memoriæ magis, quàm legalem desiderare. Quocirca magnoperè enitendum est, ut quod memoriæ uiribus effici non potest, solerti id calamo suppleatur,*

pleatur. Debet itaque iuuenis, cùm ex lege aliqua memorabilem regulam, uel ſententiam notauerit, aut ex gloſſematis, doctoribusúe enuntiatum aliquod excerpſerit, ocyter in librum ſelectum, ſub congruis locis ac titulis referre: nec aliorum fidere repertorijs quæ parum quidem conferunt his qui nullum laborem impenderunt. Id tandem firmiter retinemus, quod noſtro ingenio ac ſudore parauimus. Hoc certo certius eſt, nullum à legibus conditis ſpectatæ ſcientiæ uirum, aut magni nominis doctorem, ſuo indice uel repertorio caruiſſe. Alius enim materiales tantum regulas in elementorum ordinem redegit: alius iuris regulas ſub congruis titulis collocauit: plerique uerò deciſiones doctorum, ſeu communes opiniones, tum ex illorum commentarijs, tum etiam conſilijs latiſsimè congeſſerunt, ut (quoties caſus occurreret) ſingula ad manum haberent. Mihi autem (ſtudioſi iuuenes) diſponēdus ſic liber uidetur, ut ab initio in tres partes diſtinguatur: in quarum prima regulæ materiales, in ſecunda morales, in tertia iuris regulæ ſub congruis locis ac titulis ſtatuantur. Rurſum pars ultima, quæ iuris regulas continebit, in triplicem tractatū diuidatur: quorum primus contractuum, ſecundus ultimarum uoluntatum, tertius iudiciorum regulas complectatur: atque ita perfectiſsimus totius ciuilis ſcientiæ index, modico labore comparabitur. Nec eſſet fortè contemnendi laboris opus, omnes Bartoli theoricas in regulas & exceptiones redigere: quod permultos quidem attentaſſe ſcio, perfeciſſe adhuc neminem. Sunt prætereà nonnulli (ut prædiximus) qui labori magis quàm ingenio uacantes

cantes, reiectis legum subtilitatibus, solas doctorum opiniones amplectuntur, easq; ex omnium uoluminibus collectas in ordinem redigunt, ac disponunt. Ad quod abũdè sufficere potest, amplißimũ illud Firmani Bertachini repertorium in tria uolumina distinctum. Nos aliquando (fauente deo) perfectum indicem in communem utilitatem proferemus, in quo non minus ingenio quàm labori tribuisse probabimur. At uerò (iuuenes felicißimi) in præsentia satis sit, hanc breuißimam methodum, ex tempore meditatam uobis progredi incipientibus, uice Saturnalitij muneris edidisse, ut quo pacto leges tractari debeant tantisper ediscatis, donec alia maioris argumenti opera excudantur. Cæterùm locos ipsos, tam ad materiales & morales, quàm ad iuris regulas pertinentes, studiosè subiecimus, quo futuri indicis specimen aliquod iam agnoscere incipiatis.

Loci communes materialium regularum.

Abstractum.
Accessorium.
Accidens.
Actus.
Adæquatum.
Adiunctum.
Adiectiuum.
Agens.
Antecedens.
Argumentum.
Ars.
Augmentum.

Casus.
Causa.
Causatum.
Certum.
Cohærens.
Commune.
Compositum.
Concretum.
Coniunctum.

Conne

Connexum.
Conſequens.
Conſecutiuum.
Confuſum.
Continens.
Contentum.
Continuum.
Contingens.
Contiguum.
Contrarium.
Contradictoriū.
Correlatiuum.
Correſpectiuū.
Corruptum.

Destinatum.
Determinabile.
Differens.
Difficile.
Diffinitum.
Diminutio.
Directum.
Diſsimile.
Distinctum.
Diuerſum.
Diuiduum.
Dubium.

Effectus.
Emergens.
Ens.
Aequipollens.
Aequiparatum.
Euentus.
Euidens.
Expreſſum.
Extremum.
Exceptum.
Exitus.

Facile.
Finis.
Finitum.
Forma.
Frequens.
Frustrà.

Geminatum.
Genus.

Habitus.
Habile.

Idem.
Incertum.
Incidens.
Indefinitum.
Indiuiduum.

Indifferens.
Indistinctum.
Infinitum.
Inhabile.
Impar.
Imperfectum.

Limitatum.
Locus.
Locatum.

Magis.
Materia.
Materiatum.
Medium.
Minimum.
Mistum.
Modus.
Modicum.
Motus.

Natura.
Necessarium.
Nouum.
Numerus.

Obliquum
Omne.
Oppositum.
Ordo.
Ordinatum.
Organum.

Par.
Pars.
Paßio.
Patiens.
Perfectum.
Perplexum.
Perpetuum.
Posterius.
Potentia.
Prædicatum.
Præsuppositum.
Primum.
Principium.
Prius.
Principale.
Priuatio.
Propinquum.
Propositum.
Proprium.
Purum.
Purificatum.

Qualitas.
Qualificatum.
Quantitas.
Quiditas.

Rarum

Rarum.
Remotum.

Separatum.
Simile.
Simplex.
Singulare.
Species.
Substantia.
Substantiuum.
Subiectum.
Superfluum.
Surrogatum.

Tacitum.
Tale.
Tempus.
Totum.

Varium.
Vltimum.
Vniforme.
Vnitum.
Vniuersum.

Loci communes Moralium regularum.

ABstineo.
Absurdum.
Abusus.
Abundans.
Afflictus.
Afflictio.
Amor.
Amicitia.
Anima.
Animus.
Arbitrium.
Audacia.

Benignitas.
Beatus.
Benefactor.
Beneficium.
Bonum.
Bona fides.

Carum.
Castitas.
Charitas.
Cogitatio.
Commissum.
Commodum.
Consensus.
Consuetudo.
Consilium.
Conatus.

Contemptus.
Concordia.
Corruptela.
Culpa.

Damnum.
Dedecus.
Deformitas.
Defenſio.
Dignitas.
Diligentia.
Diſcordia.
Dolor.
Dolus.

Emendatio.
Aequalitas.
Aequitas.
Aequum.
Error.
Experientia.

Factum.
Falſum.
Fama.
Familiaritas.
Fauor.
Fides.
Fraus.
Furor.

Gloria.
Gratum.
Gratia.
Grauamen.

Homo.
Honor.
Honeſtas.
Honeſtum.
Humanitas.

Illicitum.
Impoßibile.
Inconſtantia.
Incommodum.
Inconueniens.
Inciuile.
Indignus.
Iniquum.
Inimicitia.
Iniuſtum.
Iniuſtitia.
Innocens.
Intentio.
Inuidia.
Inuitus.
Inutile.

Ira.
Iracundia.
Iustum.
Iustitia.

Labor.
Laus.
Læsio.
Leuitas.
Liberum.
Liberale.
Licitum.
Lucrum.

Malum.
Mens.
Mendacium.
Meritum.
Misericordia.
Modus.
Modestia.
Mores.
Mors.

Neceßitas.
Negligentia.
Nobilitas.
Nocens.
Noxa.

Obedientia.
Odium.
Offensio.
Omissum.
Opinio.
Opus.

Pax.
Pœnitentia.
Permissum.
Pietas.
Poßibile.
Potestas.
Præmium.
Priuatum.
Prosum.
Prohibitum.
Propositum.
Publicum.

Ratio.
Rectum.
Rego.
Reprehensio.
Rigor.
Rusticitas.

Salus.
Sæuitia.

Simplicitas.
Stultitia.
Subtilitas.

Temeritas.
Turpitudo.

Variatio.
Veritas.

Verum.
Verisimile.
Virtus.
Vitium.
Vituperium.
Voluntas.
Vtile.
Vtilitas.

Loci communes regularum Iuris, & primò contractuum.

Acceptilatio.
Adoptio.
Alienatio.
Arrogatio.
Associatio.

Bigamia.

Cessio.
Commodatum.
Compensatio.
Conuentio.
Contractus.
Conductio.
Constitutum.
Consilium.
Cura.

Datio in solutū.
Delegatio.
Depositum.
Dictum.
Diuisio.
Do ut des.
Do ut facias.
Donatio.
Donatio propter nuptias.
Donatio ob causam.
Dos.

Emancipatio.
Emptio.
Emphyteosis.
Epistola.

Facio

Facio ut des.
Facio ut facias.
Feudum.
Fideiußio.

Interesse.

Locatio.

Mandatum.
Manumißio.
Matrimonium.
Mutuum.
Mutuum ciuile.

Negotiorum gestio.
Nouatio.
Nuptiæ.

Obligatio.

Pactum.
Peculium.
Permutatio.
Phænus.
Pignus.

Pollicitatio.
Precarium.
Præscriptio.
Promißio.

Quitatio.

Remißio.

Satisacceptio.
Seruitus.
Societas.
Solutio.
Sponsio.
Sponsalia.
Stipulatio.

Traditio.
Transactio.

Vectigal.
Venditio.
Votum.
Vsuscapio.
Vsura.

Loci communes ultimarum uoluntatum.

ADitio hæreditatis.

Bonorum possessio.

Codicilli.
Collatio.
Conditio.
Coniunctio.
Contributio.
Contratabulatio.

Datum causa cōditionis implendæ.
Dispositio ad pias causas.
Donatio causa mortis.

Electio.
Exhæredatio.

Falcidia.
Fideicommissum.
Funeralia.

Grauamen.

Hæres.
Hæreditas.

Incapax.
Indignus.
Institutio.
Ius accrescendi.
Ius deliberandi.
Ius dicendi nullum.

Legatum.
Legitima.

Mortis causa capio.

Necessitas.

Optio.

Prælegatum.
Præteritio.

Querela.

Relictum.
Repudiatio.
Restitutio.

Substi

Substitutio.
Successor.
Successio.
Suitas.

Tabulæ pupillares.
Testamentum.
Testamentũ inter liberos.

Testator.
Transmissio.
Trebellianica.
Tutela.

Vltima uoluntas.
Vsus.
Vsusfructus.

Loci communes ciuilium iudiciorum.

ABsolutio.
Absens.
Actio.
Actor.
Acta.
Aduocatus.
Appellatio.
Apostoli.
Arbiter.
Arbitrator.
Arbitrium iudicis.
Articulus.

Bona.

Causa.
Cautio.
Cautela.
Capitulum.

Cessio bonorum.
Citatio.
Commissio.
Compromissum.
Compensatio.
Confessio
Condemnatio.
Conclusio causæ.
Continentia causæ.
Contumacia.
Copia.
Creditor.
Cumulatio.

Debitor.
Decretum.
Delegatus.
Dilatio.

Editio.
Exceptio.
Executor.
Executio.
Excußio.
Exemplum.
Expensæ.

Feriæ.
Fideiussor.
Forus.

Indicium.
Instantia.
Instrumentum.
Intercеßio.
Interpellatio.
Interrogatorium.
Interlocutoria.
Inuentarium.
Iudex.
Iudicium.
Iudicatum.
Iuramentum.
Iurisditio.

Libellus.
Lis.
Litis contestatio.

Mandatum.
Mora.
Mulcta.

Notarius.
Notorium.
Nuntius.
Nullitas.

Officium iudicis.
Ordo iuris.
Originale.

Positio.
Præsumptio.
Priuilegium.
Probatio.
Processus.
Procurator.
Productio.
Prorogatio.
Protestatio.
Publicatio.

Ratificatio.
Reconuentio.
Relatio.
Remedium.
Renuntiatio.

Repli

Replicatio.
Responsio.
Res iudicata.
Rescriptum.
Reus.
Reuocatio.

Satisdatio.
Scriptura.
Sententia.
Sequestrum.
Solennitas.
Stilus.
Statutum.
Summariæ.
Suspensio.
Subhastatio.

Tempus.
Terminus.
Tertius.
Testis.
Titulus.

Victor.
Victus.

Loci communes criminalium iudiciorum.

Accusatio.
Adulterium.
Aggressor.
Ambitus.
Auxilium

Bannum.
Bannitus.

Calumnia.
Calumniator.
Carcer.
Coërtio.
Commentariensis.
Confeßio.
Condemnatio.
Conuictus.
Crimen.
Culpa.
Custodia.

Defensor.
Defensio.
Delictum.
Deportatio.
Denuntiatio.
Diffamatio.
Dolus.

Duel

Duellum.

Excessus.
Excommunicatio.
Exilium.
Exul.

Fama.
Falsitas.
Fiscus.
Fraus.
Furtum.
Fustigatio.

Gratia.

Homicidium.
Hostis.

Incestus.
Incendium.
Indicium.
Indulgentia.
Infamia.
Informatio.
Inimicus.
Inimicitia.
Iniuria.
Inquisitio.
Inscriptio.
Instigatio.
Insultus.

Latro.
Læsa maiestas.

Malus.
Malum.
Maleficium.
Mors.
Mulcta.
Mutilatio.

Nocens.
Noxa.

Occidere.
Occultare.
Offendere.

Paricidium.
Pax.
Peculatus.
Perduellis.
Pœna.
Plagium.
Plagiarius.
Publicatio.

Querela.
Quæstio.

Rapina.
Raptor.
Raptus.
Relegatio.
Repetundarum.
Restitutio.

Sacrilegium.
Sicarius.
Spolium.
Stellionatus
Stuprum.

Talio.
Tergiuersatio.
Tortura.
Tormentum.


Veneficium.
Vita.
Violentia.
Vis publica.
Vis priuata.
Vulnus.

Matthæi Gribaldi Iu-

RISCONSVLTI CHE-RIANI,

DE RATIONE STV-DENDI,

LIBER SECVNDVS.



ETSI librum (qui Axiomatum iuris inscribitur) seorsum edidimus, in quo & materiales & morales regulæ plenißime congeruntur, nec mei fuerit instituti hunc tractatum, qui studendi methodum compl

complecti tantum debet, alienis dotibus onerare, præcibus tamē multorum adactus, qui integrum uolumen usqueadeò morari non potuerunt, aliquot axiomata, exempli magis, quàm explendi uoluminis gratiâ subiunxi. Atq; id sanè inuitus feci, & eò minus libenter, cùm quòd nullius ingenij, sed pauci admodum laboris opus esse perspicerem, tum quòd in animo haberem ipsa enuntiata seu axiomata, in latiniorem formulam reducere, priusquàm emitterētur. Posteàquam uerò res aliter ceßit, & parendi neceßitate deuictum hoc ipsum me præstare oportuit, omnes oratos uelim omnia ut boni consulāt. Afferent certè hæc utilitatem aliquam tum in legendo, tum disputando, dum tamen suo loco adducantur, & ad eam, de qua agitur, materiam rectè adaptentur. Euoluantur quæso Dini, Cini, Bartoli, Baldi, Signorolli, Alberici, Saliceti, Raphaëlûm, Pauli, Imolæ, Romani, Aretini, Alexandri, Decij, Senensium, Ticinensiū, & deniq; modernorū omnium cōmentaria: inuenietur profectò subtile nihil, nihil elaboratum, ingenioso'ue lectore dignum, nisi quod huiuscemodi enūtiatis fuerit illustratū. At uerò quemadmodū in grauibus uiris sales, ac dicteria suis locis & horis emissa uehementer arrident, quæ si alieno tēpore effluxerint, frigida omnino, atq; insipida uidebūtur: sic horū axiomatū usus ita tēperandus est, ut non nisi opportuno loco, & pro rei neceßitate succurrāt. Ad hūc sanè usum Serbidius, Scæuola, Domitius, Vlpianus, & Iulius Paulus legū coryphæi, suos regularū libros scriptitarūt. Neratius Priscus quindecim, Aelius Martianus quinq;, Sextus Pōponius unū, Titius Caius unū, Herennius

nius Modestinus decẽ, Licinius item Ruphinus unum su pra xx. reliquerũt. Atq; utinã pretiosissima illa supellex, pro tot opinionũ repertorijs, quæ hodie paßim constãtur, nobis reseruata fuisset. Non obijcerẽt nobis quidam, apud legum professores, plus authoritatem quàm rationem ualere. Sed de his satis.

LOCI axiomatum quos ut magis frequentes ac generales eligendos putauimus, hi fermè sunt: Actus. Bonum, Malum. Benignitas, Aequitas, Rigor. Causa, Causatum, Effectus. Correctio. Determinatio. Dispositio. Extensio. Exemplum. Expressum, Tacitum. Factum. Fauor, Odium. Forma, Solennitas. Frustrà. Genus, Species. Lex. Multa. Ordo. Par, Paria sunt. Principium, Finis, Infinitas. Exitus. Publicè interest. Qualitas, Accidens, Subiectum. Ratio. Verbum. Veritas, Falsitas, Opinio. Voluntas, Mens, Intentio, Propositum. Vltimum, Extremum.

¶Transcendentia naturalia.

Ens, Vnum, Res, Bonum, Verum.

¶Prædicabilia.

Genus, Species, Differentia, Proprium, Accidens.

¶Prædicamenta.

Substantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, ubi, quando, situs, habere, facere, pati.

¶Transcendentia legalia.

Ius, Bonum, Aequum.

¶Prædicabilia.

Mens, Dictum, Factum.

Præ

¶ Prædicamenta.

Causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas euentus. l. aut facta. de pœnis.

Causa, locus, tempus, personaq́;, qualeq́;, quantumq́;, Euentusq́;: hominum hæc omnia facta regunt.

¶ Genus.

Dialecticis Animal, Iurisconsultis homo.

¶ Species.

Dialecticis Homo, Iurisconsultis Titius, Pamphilus.

¶ Indiuiduum.

Dialecticis Sortes, Plato. Iurisconsultis seruitus omnis dempto usufructu.

¶ Legis uirtus.

a Imperare. *Imperare,*[a] Vetare, *Permittere, Punire.*

b Vetare. *Virgilius: Tu regere imperio*[b] *populos Romane memento:*

c Permittere. *Hæ tibi erunt artes, paciq́; imponere morem,*[c]

d Punire. *Parcere*[d] *subiectis, & debellare superbos.*

¶ Subiectum Iuris.

Contractus, Vltima uoluntas, Iudicium.

¶ Ordo iuris per decem gradus.

Mens & consensus hominis.

Ex *consensu, dicta aut facta.*

Ex *dictis factis'ue, contractus, uel quasi.*

Ex *contractu, uel quasi, obligatio.*

Ex *obligatione, actio.*

Ex *actione, forma, seu facultas agendi.*

Ex *forma agendi, iudicium.*

Ex *iudicio, sententia.*

Ex sententia, executio.
Ab executione, salus reipublicæ, & priuatorum quies.

Actus.

ACtus non ab euẽtu, sed à causa iudicatur. l. uerum. & l. qui iniuriæ. de furt. l. si seruus. §. & si puerum. ad l. Aquil.

Actus regulatur à fine in quem dirigitur. l. si is qui in aliena. uer. nemo enim. de acq. re. do. d. l. uerũ. de fur.

Actus quantumcunque fauorabilis, contra uoluntatem agentis minimè sustinetur. l. si idem seruus. de lega. ij. l. si cui pure. in fi. princ. ad Trebellian. l. uerbis. ubi doc. de uulga. & pupil.

Actus agentium sunt in patiente bene disposito. l. 1. C. de hære. insti. l. in omnibus. ij. de actio. & obliga. l. si ego. 1. si cert. peta.

Actus purus plenior est conditionali. l. si ita scriptum. ij. de hære. inst.

Actus qui purè ualere non potest, resoluitur in conditionalem. l. si hæreditas. §. si furiosus. & §. sequen. de testam. tutel.

Actus conditionalis, non nisi impleta conditione perficitur. l. hæc uenditio. in prin. de contrahen. emptio.

Actus qui ex capite ualido & inualido geri potuit, simpliciter factus, ex ualido processisse præsumitur. Roma. sing. 15. per tex. in c. nisi. de præben.

Actus simpliciter gestus, cẽsetur factus eo modo quo debuit. l. gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthum. l. si hæreditas. §. seruus alienus. de testa. tutel.

Actus etiam nullus quãdoq; pœnam sustinet. l. nemo martyres. iunc. glos. C. de sac. san. eccle. l. eum qui duas. C. de adulte. Bart. in l. ubi pactum. de transac.

Actus geminatus plus operatur, quàm simplex. l. cùm scimus. §. 1. C. de agri. & censi. lib. x.

Actus naturalis efficacior & potẽtior est uiolento. Bar. in l. & per iusiurandum. §. qui ita. de acceptil.

Actus iudicialis potentior est extraiudiciali. l. pacta nouissima. C. de pac.

Actus iocosus non disponit. l. diuus. de mili. testam. l. fi. de testamen. l. sicut. C. de lib. cau.

Actus simulatus nullius est momenti. l. simulatè. de rit. nuptia.

Actus attribuitur disponenti non exequenti. l. unum. §. 1. de leg. ij. Dec. in consil. 251. in causa mag. col. ij. uersicu. quia ad hoc respondetur. uol. ij.

Actus fatalis non releuat, ubi uoluntas desideratur. l. 1. in fi. de conditio. & demonstratio.

Actus quantũcunq; pius & fauorabilis, in alterius præiudicium non subsistit. insti. quib. manu. nõ li. in prin.

Actus necessarius magis excusat quàm uoluntarius. l. qui insulam. in prin. locati.

Actus à iuris necessitate dependens, non secundum hominis uoluntatem, sed iustum arbitrium regulatur. l. si arrogator. §. sed an impuberi. de adoptio.

Actus non dicitur illi præiudicialis, cui non principaliter, sed in consequentiam præiudicat. glos. fin. in c. quamuis. de pac. lib. VI.

Actus sequens, præcedentem intentionem declarat. l. si hi

qui.

qui.C.de adulte.§.pauonum.insti.de rer.diui.Bar. in l.cætera.§.fin.de lega.1.

Actus iuratus,ualet meliori modo quo potest.l.cùm pater.§.filius matrem.de lega.ij.

Actus si nõ ualet eo modo quo fit,nec ualet eo modo quo potest.l.1.de iur.codicil.

Actus inuoluntarius præmium non meretur.l.ita tamen.§.qui suspectam.ad Trebellian.

Actus necessarius nullum habet meritum.l.rem legatam.de adimen.lega.l.unum ex familia.§.1.de lega.ij.l.proximè.de rit.nuptia.

Actus qui potest sine certa solennitate expediri,licet illa solennitas minus legitimè interueniat,non uitiatur.l.1.in princ.C.de rei uxo.actio.Angel.in l.qui testamento.§.per contrarium.de testam.

Actus etiam inualidus,ab agente non impugnatur.l.post mortem.de adoptio.

Actus momentaneus non est considerandus.l.qui sic.de solutio.l.quicquid calore.de regul.iur.

Actus necessarij interpositio,non impedit continuationem.l.continuus.in prin.de stipulatio.l.hæredes.§.fin.de testam.l.cum antiquitas.C.eod.

Actus nullus nullum parit effectum.l.si aut nullum.C.de legit.hære.l.non dubium.C.de legit.

Actus & potentia simul esse non possunt.§.sic itaq;.insti.de actio.

Actus potentiam excludit.l.si ita fuerit.uersic.non enim.de manu.test.

Actus in dubio,ex causa magis necessaria factus intelli-

gitur.l.cùm ex pluribus.de solutio.

Actus non habens effectum secundum intentionem dispo nentis, reiterari debet donec consequatur effectum. Bald.in l.inuitus.circa fin.C.de procurato.

Non ualet actus cuius effectus in tempus prohibitum con fertur.l.quod sponsæ.C.de dona.ante nupt.

Actus ambigui, eandem ferè naturam, uel promiscuam habentes, ex signis & accidentibus distinguũtur.l.illud.§.tractari.de iur.codicil.l.Seia.de dot. prælega. l.non codicillum.C.de testam.Oldra. consil.159. ex præsenti.in princ.

Actus in dubio, magis proprio quàm alieno nomine factus reputatur.l.& magis.de solutio.

Actus in dubio, factus censetur loco & tempore licitis. Bar.& docto. in l.non solum.§.sed ut probari.de no.ope.nuntia.

Actus in dubio, cẽsetur potius ex causa necessaria, quàm uoluntaria factus.l.Aristo.§.1.de iur.delibe.l.pater filium.in fi.ad l.falcid.l.miles.§.fi.de adulte.l.proximè.de rit.nuptia.l.si cùm dotem.§.si pater.solu. matri.l.huiusmodi.§.cùm pater.de lega.1.

Actus à digniori sui parte denominatur.l.1.in princ.ubi glos.& docto.de stipulatio.

Actus non à cõfirmato, sed à confirmante denominatur. l.testamẽto.1.de testa.tutel.l.si quis priore.ad trebel.

Actus non à faciente, sed ab eo cuius contemplatione fit nominatur.l.profectitia.in princ.de iu.dot.

Actus cœptus in conditionibus etiam fauorabilis causæ, pro completo non habetur.l.Arethusa.de sta.homi.

Nam

Nam causa quantumcunque fauorabilis, formæ defe-ctum non excusat. l. cùm hi. §. si prætor. de transact. Bal. consil. 324. punctus. uol. 2.

Actus annullatio pœna est agenti. l. turpia. in prin. de lega. 1. l. Senatus. de contrahen. emptio. l. non dubium. C. de legi. l. fin. C. de posthu. hære. institu.

Actus perueniens ad casum à quo non potest incipere, uitiatur. l. pluribus. §. & si placeat. de stipu.

Actus consumatus non uitiatur, licet perueniat ad casum suo principio repugnantem. l. si quis alicui. de acquir. hære. l. si gaudentius. C. de contrahen. emptio. l. patre furioso. de his qui sunt sui uel ali. iur.

Actus perfectus per contrarium euentum non resoluitur. l. donationes. de donatio.

Actus contra legis prohibitionem factus, nec effectum habet, nec nomen ullum meretur. l. fi. C. de senten. ex periculo recitan. l. non dubium. C. de legi.

Actus indiuiduus unico contextu perfici debet. l. hæredes palàm. §. fin. de testa. l. 1. §. 1. & l. continuus. in princ. de stipulatio.

Propter unitatem finis & effectus, idem actus reputatur. l. qui pupillã. §. fi. & l. uim passam. §. incesti. de adul. Ang. in l. hos accusare. §. lege Iulia. in fin. de accusa.

Actus facti plenior est quàm uerbi. l. nostram. ibi, siquidem testator. C. de testamen. iunc. §. pen. insti. quib. mod. testa. infir. c. degradatio. de pœnis. in VI.

Actus peccans in formạ redditur nullus. l. cùm hi. §. si prætor. de transac.

Actus peccans in materia, ualet meliori modo quo potest.

l. si unus. §. si acceptilatio. de pactis. Bar. in l. 1. in fin. prin. de uulga.

Actus attribuitur ordinanti, non exequēti. l. ij. §. omnia. C. de uete. iur. enucle. §. cumq; hoc. in proē. insti.

Actus non à nomine, sed ab effectu iudicatur. l. insulam. de præscrip. uerb. l. cùm manu sata. §. fin. de contrahen. emptio. l. si olei. iunc. glos. C. loca. latè Ias. in l. non codicillum. C. de testam.

Actus qui re integra ualere non potest, per consummationem reconciliatur. l. si à furioso. si cert. pet.

Actus appellatione uenit ualidus, non inualidus. l. si se. §. condemnatum. de re iudica.

Actus inualidus & nullus æquiparantur. l. si aut nullum. C. de legiti. hæredi.

Actus appellatione uenit purus, non conditionalis. l. 1. §. biduum. iunc. glos. quan. appel. sit.

Actus conditionalis non est propriè talis. l. 1. de donatio. l. si hominem. in fin. de usucapio.

Actus fauorabilis uel odiosus, iudicatur secundum principalem agentis intentionem. l. qui exceptionem. de conditio. inde.

Actus incontinenti facti, cēsentur inuicem correspectiui. l. si uentri. §. in bonis. de priui. credito. l. lecta. uersic. dicebam. si cert. peta. Bald. in repeti. l. petens. col. penul. C. de pac.

Actus plures unico contextu facti, pro uno iudicantur. Curt. consil. 54. super duobus. col. 1. in fine.

Actus efficaces fieri nequeunt, nisi legum forma obseruata. l. 1. in prin. de stipulatio. l. traditionibus. C. de pac.

Ad

Ad perficiendum actum, requiritur etiam habilitas instrumenti. l. 1. §. ceterùm. de acqui. pos.

Actus qui multiplici intentione geri potest, debet ab agente præmissa protestatione declarari. l. at si quis. §. sed interdum: uersi. oportet. de religio. & sumpti. fu.

Actus nullus propter inhabilitatem agentis, superuenienti habilitate non confirmatur. l. si minor. de ser. expor. c. si eo tempore. de rescrip. in VI. pulchrè Deci. in consil. 661. in casu. in fin. uol. iiij.

Bonum, Malum.

Bono melius inuenitur. l. ubi autem. de stipulatio.

Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est. l. in illa. de stipulatio.

Malum facere uidetur qui non studet ad bonum. l. qui liberos. in fin. ubi glos. de rit. nuptia.

Bonum publicum, priuatorum commodis anteponitur. §. sancimus. in auth. de resti. & ea quæ pa. in XI. mēse.

Bonarum mentiū est culpam timere, ubi culpa non adest. clem. exiui. §. quia uerò plerunq; de uerb. sign. c. ij. de obserua. ieiun.

Vbicunq; agitur ex bono & æquo, non est curandum de apicibus iuris. l. si fideiussor. §. quædam. ubi Bar. mandati. c. dilecti. ubi glos. extra. de iudi.

Bona arbor bonos fructus facit, mala uerò bonos facere non potest. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ubi glos. de ædil. edic.

Bonum ex malè gesto proueniens, nō excusat delinquentem. l. iij. §. in bello. de re milit. c. relegentes. 23. q. 5.

De duobus malis minus est eligendum.c.duo.13.distinctio.l.quoties.de regu.iur.

Minus malum comparatum ad maius, habet rationem boni.c.iurauit.22.quæst.4.

Boni mores diuitijs omnibus præferuntur.§.fin.insti. de suspec.tuto.

Bonum prohibetur ratione mali consequentis.c.ita ergo. & ibi glos.1.22.quæstio.1.

Propter bonum quod ex malo aliquo sequitur, ipsum malũ toleratur.c.deniq;.4.dist.c.nerui.circa fi.13.dist.

In dubio potius bonum quàm malum præsumi debet.l. cùm creditor.de furt.l.meritò.pro soc. Alex.consil. 127.uolu.4.

Bonum est honesti uiri nomen assumere.l.facta.§.si uerò nominis.ad Trebellian.

Bonum est uitandum si ex illo potest descendere malum. Abb.in c.cum ab omni.in 2.not.de uit.& hone.cler.

Et sic nota mirabile, quòd malum in potentia, excludit bonum in actu. Et ideò melius est stare in terminis indifferentibus, quàm sub specie boni malum aliquod committatur.

Quoties bonum aliquod agimus, toties Deum cõfitemur: sic quotiescunq; uincimur à peccatis, toties Deum negamus.c.æstimant.11.quæst.3.

Benignitas, Aequitas, Rigor.

BEnignitatis ratio, Iuris rigori præfertur. l.si tibi pecuniam.in fi.si cert.pet.l.si tibi.de donat.

Benignius est nocentem absoluere, quàm innocentem condem

condemnare.l.absentem.de pœn.

In re dubia benignior interpretatio sequenda est.l.proxime.circa med.de his quæ in testa.delen.

In his quæ de bono & æquo tractanda sunt, plerunque sub authoritate iuris sciētiæ perniciose erratur.l.si seruum.§.& Celsus adolescens.de stipulatio.

Aequitas non scripta,scripto rigori succumbit.doct.in l.placuit.C.de iudi.l.prospexit.qui & à quib.

Rigoroso disponenti, rigor iuris seruandus est.l. cùm quidam.C.de lega.

Iustū est inhærere rigori, sed iustius æquitatē amplecti. l.si filius qui patri.ibi,iustius prætorē.& c.de uulga.

Iudex æquitatem ante oculos semper habere debet.l. quòd si Ephesi.de eo quod cert.lo.

Rigor iuris in stricta disputandi ratione consistit.l.ita uulneratus.circa fi.ad l. aquil.

Multa contra rigorē iuris,pro libertate & cōmuni utilitate recepta sunt. l.generaliter.§. si seruo pignorato.de fideic.libert.d.l.ita uulneratus.in fi.ad l.aquil.

Aequitas nouæ causæ,nouum remedium postulat.l.plane. ut in posses.legato.l.1.ubi Bal.C.de re iudic.

Paria sunt dicere:hæc lex procedit de æquitate,illa de rigore:uel dicere,hæc corrigit illam.glo.ordin.l.cotem.§.fi.de publica. Bart.in l.ex hac.col.1.uersicu. oppo.de l.ex facto.de donatio.

Benignè idem est quod iuris rigore prætermisso.glo.in l.si statuliber.circa princ.de statulib.

Vbi ius deficit,æquitas supplet. l.in summa.§.item uarus.de aqua pluui.

L 5

Rigor iuris seruatur cùm secundũ regulas iuris scripti casus deciditur: æquitas uerò cõuenientia est quædam à scriptis regulis declinãs. Bart. in l. 1. in fi. C. de legi.

Causa, Causatum, Effectus.

CAusæ dignitas, causati arguit dignitatem. c. ij. de præben. in VI. l. restituendæ. in fi. iunc. gl. fi. C. de aduo. diuerso. iudi.

Causæ & causati idem est iudicium. l. quominus. de flumi. l. etsi amicis. ad l. iul. de adulte.

Causa naturalis præfertur accidentali. l. qui habet. in fi. de tutel.

Causa proxima magis attenditur quàm remota. l. ligni. in fi. de lega. ij. l. sed si plures. §. in arrogato. de uulga. & pupil.

Causa magis influit in primum causatum, quàm in secundum. l. publius. §. 1. de conditio. & demonstra.

Causa secunda tantum potest, quantũ ei influit à prima. l. si quis domum. §. 1. loca. l. peto. §. prædiũ. de leg. ij.

Causæ continentia diuidi non debet. l. nulli. de iud. c. fi. de rescrip.

Causa finalis est attendenda. l. fi. de hære. insti.

Causa debet præcedere effectum. l. penul. quæ res pig. oblig. pos.

Causa interdum ponitur pro causato. l. hoc iure. §. non potest. de dona. l. naturalis. in fi. princ. ubi gl. in uerb. obligatio. de præscrip. uerb.

Causa mediata non multum remota, æquè consideratur ut proxima. l. uxori quis. in fi. de aur. & argen. leg.

Areti.

falcid. Panor. in c. fi. in prin. extra. loca.

Quicquid est causa causæ, est causa causati. l. & si amicis. ad l. iul. de adulte.

Omne ius potentius est in causa quàm in causato. l. digna uox. C. de legi. Paul. consil. 129. uol. 1.

Fauor causæ superat fauorem rei. l. inter pares. de re iudica. c. fin. extra. eod. tit.

Sublata causa tollitur effectus. l. tutores. §. curatores. de admini. tuto.

Idem iudicamus de causa causante effectum, quod de ipso effectu. l. nihil interest. ad l. Cornel. de sica. l. quominus. de flumi.

Defectus causæ finalis uitiat dispositionem. l. fin. de testa. tutel. l. fi. de hære. insti.

Dictum determinatur secundũ suam causam. l. ita autem. in princi. de admin. tuto. l. cùm pater. §. dulcißimis. de leg. ij.

Quando uerba dispositionis sunt ambigua, causa disponendi inspicienda est. l. uxorem. in prin. de lega. iij.

Ex causa receditur à uoluntate testatoris. l. utilitatem. de confir. tut. l. iij. §. quãuis. & ibi Bar. not. de admi. tut.

Diuisa causa diuiditur effectus. l. seia mutuam. de usu.

Quando concurrunt duæ causæ, una quæ nocet, altera quæ prodest, attenditur illa quæ nocet. l. iij. §. fin. & ibi Barto. ad Syllan.

Concurrentibus causa quæ nocet & quæ prodest, attenditur potẽtior, & altera cedit. l. iij. §. si quis palàm. de iu. fisci. Ias. in l. si mater. C. de inoffi. testa.

Quando concurrunt duæ causæ, una permittens, altera

probibens, attenditur probibitiua.l.si non lex.de bære.insti.l.si quis in graui.§.fi.ad syllani.
Scire est rē per causam cognoscere.l.scire leges.de legi.
Quæcunque ab eadem causa efficiente ad eundem effectum producuntur, sunt paris uirtutis & potentiæ.l.de quibus.& ibi notant Bald.& Ias.de legi.
Diuersitas causarum, diuersitatem specierum inducit.l.conuentionum.in princi.de pac.l.ij.§.genera.de acqui.pos.
Finita causa naturali, attenditur accidentalis.l.1.C.de cura.furi.
Qui causam damni dat, damnum dedisse uidetur.l.qui occiderit.§.in hac.ad l.aquil.l.nihil interest.ad leg.Cor.de sica.
Qui habet potestatem super causam, habet etiam super causatum.l.de accessionibus.§.1.de diuer.& tempo.præscrip.Portius insti.de bono.pos.§.quos autem.authent.ingressi.C.de sac.san.eccle.
Cessante causa non cessat effectus iam consumatus.l.fi.in prin.unde lib.l.sancimus.C.de administra.tuto.
Sola remotio causæ actus sublatiuæ actū non reintegrat.l.militis.§.fi.de mili.test.l.ij.C.de posth.bære.insti.
Quoties idem actus ex pluribus causis fieri potuit in dubio, censetur ex causa permissa factus, & non ex probibita.§.qui autem.insti.de excu.tuto. Innocen.in c.in præsentia.de renun.
Vna & eadem causa non operatur circa diuersos effectus.l.quod labeo.ubi Barto.not.de compensatio.
Vna & eadem causa diuersis respectibus, diuersos, uel etiam

etiam contrarios operatur effectus.l.si finita.§.iulianus.de dam.infec.

Res transit cum sua causa.l.si conuenerit.§.si fundus.de pigno.actio.l.alienatio.de contrahen.emptio.

Attenditur causa efficiens,non instrumẽtalis.l.qui mihi donatum.de donatio.

Prius de causa quàm de modo quærendũ est.l.1.de do.exceptio.

In causato plus uirtutis esse non potest,quàm ei ab influentia suæ causæ procedat.c.1.§.hoc autem.qui feud.da.pos.

Expreßio causati tacitam suæ causæ expreßionem inducit.l.1.in princ.de eden.Bal.in l.si de proprietate.col.1.C.si à non compe.iud.

Ex causa de nouo superueniente,licitum est ab omni dispositione recedere.c.non debet.de consangui.& affi.c.suggestum.de deci.l.de ætate.§.quòd autem.de interroga.actio.Anchar.consil.83.prima facie.Deci.consil.335.uiso consilio.uol.ij.

Effectus in consequentiam resultans,regulam cõmunem non lædit.l.si is qui duos.de lib.legat.l.1.de auto.tut.

Effectus non debet attribui causæ,qua remota idẽ subesset effectus.l.antep.ex quib.cau.maio.

Quando ad eundem effectũ concurrunt causa contingẽs & necessaria,attenditur necessaria,non contingens.l.conditionibus pupillus.de condi.& demonstratio.

Causa quæ per se sola nihil efficit,etiam in concursu alterius non consideratur.Bal.in c.1.de gradi.succes.in feud.Angel.in l.1.§.solent.quando appel.sit.

Inducta ad unum effectum, non debent alium, præsertim contrarium, effectum operari. l. pro hærede. & ibi not. Bal. de acquir. hæredi.

Duæ specialitates nunquam tolerantur ad eundem effectum inducendũ. l. 1. C. de dot. promißio. Corne. consil. 228. uiso puncto. col. 1. uersicu. & insuper. uol. iij.

Ad inducendum effectum in paßum uel suscipientem materiam, uirtus & potentia causæ efficientis inspici debet. Nam causa finita effectum infinitũ producere non potest: & potentia causæ limitata, limitatum parit effectũ. l. si arrogator. de adoptio. l. iurisperitos. §. cum oriundus. de excusa. tuto. l. pupillo. de tutor. & cura. Alexand. in consil. 128. consideratis, col. 1. uersic. pro hoc. uol. 1.

Correctio.

Legum correctio omnino uitanda est. l. præcipimus. in fi. C. de appella.

Subita correctio non præsumitur. l. non ad ea. de conditio. & demonstra. contra l. stichus imò Pamphilus. de manu. test.

Melius est seipsum corrigere, quàm ab alio corrigi. §. 1. in auth. de nup. auth. ut frat. fil. in prin. ubi glos.

Potius præsumitur correctio quàm superfluitas. gl. fi. in c. quanquam. de usu. in vi.

Quod expreßè non corrigitur, stare minimè prohibetur. l. sancimus. C. de testamen.

Correctio non inducitur, nisi quatenus in iure expressum reperitur. §. cum igitur. uersi. nec est lex. in auth.

de

de non eligen. secun. nuben.

Lex quæ non inuenitur expreßè correcta, antiquæ dimittitur figuræ. glos. fin. in auth. de administr. in sac.

Nisi expreßè ius antiquũ corrigatur, remanet simul cũ nouo. gl. in c. de multa. in fi. gl. magnæ. de præben.

Per subauditos intellectus nõ inducitur legũ correctio. gl. sing. in c. cupiẽtes. in uerbo, petere. de elect. in VI.

Argumentũ à contrario sensu non sumitur ad iuris correctionem, nisi quando in sensu directo superfluum fo ret. l. nulla. iunc. auth. diaconissam. C. de epis. & cle.

Lex noua generaliter corrigens, non porrigitur ad casus à lege ueteri specialiter diffinitos. l. sciendũ. qui sa tis. cogan. iunc. authent. offeratur. C. de lit. contest. Ias. in auth. ex causa. col. V. C. de lib. præter.

Lex corrigens, debet intelligi secundum terminos legis correctæ. §. fi. in. auth. de fil. ante dota. instru. nat.

Quãdo duo casus à lege ueteri parificãtur, lex noua cor rigens in uno extenditur ad alterũ. gl. in l. quod uerò. de legi. Bar. & alij in l. marcellus. in prin. ad trebel.

In correctorijs etiam ex identitate uel maioritate rationis non expressæ nõ fit extensio. l. si uerò. §. de uiro. sol. mat. docto. communiter. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl.

Quando ratio est expressa in lege corrigente, uel unica tantum potest aßignari, tunc ex identitate rationis lici ta est extensio: quoniam non dicitur propriè extensio, sed uera legis dispositio. l. milites agrum. de re milita. l. his solis. C. de reuocan. dona. Ias. in auth. non licet. C. de lib. præte.

In

In correctorijs & pœnalibus, simul etiam ex maioritate rationis, expreße non fit extensio. glo. communiter approbata in clem. ut hi qui. in uerbo, distributionem. & in clem. ij. in uerbo, in eisdem. de æta. & qualita.

Vbi agitur de fauore animæ, etiã in correctorijs et pœnalib. fit extensio. gl. not. in c. sciãt cuncti. & in c. fi. de elec. in VI. Io. and. in c. ex tenore. extra. qui fil. sint le.

Quando ius corrigens taxatiue loquitur etiam ex identitate rationis, expreßè non fit extensio. doct. communiter in d. authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccle. per tex. in auth. hæc cõstitutio innouat. ubi gl. in rub.

Correctio expreßè facta in uno correlatiuorum, extenditur ad aliud. l. fi. in prin. ubi glo. Bar. & doc. C. de indic. uidu. toll. glos. in l. per interuallum. de iud.

Correcto uno de connexis, corrigitur & alterum. c. translato. extra. de constitutio.

Absurdum est in alio uelle corrigere, quod in seipso uigere conspicitur. l. si uxor. §. iudex. de adult. l. in arenam. §. fi. C. de inof. test.

Corrigens corrigitur, & ad pristinum statum ius reducitur. l. quoniam præteritæ. in prin. C. de secund. nup.

Peccati uenia non datur, nisi correcto. cap. peccati. de regu. iur. in VI.

Lex correctoria in uno casu corrigens, extenditur ad alios qui sub lata significatione cõprehẽdi poßunt. gl. ord. in clem. I. in uerbo, eligatur. de elect. Alex. in l. ij. de leg. I.

Potius præsumitur correctio, quàm uerborum impropriatio. l. stichus imò Pamphilus. de fideicom. liberta.

M

Determinatio.

VNa determinatio respiciens plura determinabilia, uniformiter omnia determinat.l.iam hoc iure. de uulga.l.quamuis.C.de impube.

Dictum determinatur secundum suam causam.l.ita autem.de admini.tuto.

Quotiescunque duo uocabula ueniunt ad determinationem eiusdem uerbi uel participij, debent uniformiter intelligi, ut simul & eodem tempore operentur.l.fin. C.de sentē.& interlocu.om.iud.Ias.in l.contra maiores.circa princi. C.de inoffi.testa.

Vna determinatio respiciens plura determinabilia diuersæ rationis & naturæ, non æqualiter omnia, sed singula secundum propriam cuiusq; naturam determinat.c. ex literis.ubi Cardi.de rescrip.And.Sicu.in consil. 17.clementißimi.col.antep.uolu.ij.Bar.in l.Titia.§. Titia.de leg.ij.Soci.consil.191.col.antep.uol.1.

Quotiescunq; reperiuntur duo uel plura adeò connexa, quòd unicam exigunt determinationem, tunc determinatio fieri debet, habito respectu ad dignius & principalius.c.translato.de constitutio.l.& si non sunt.§. perueniamus.de aur.& argen.lega.Bar.in l.1.C.de colleg.Illyri.

Idem uerbum ad duo diuersa relatum, utrunq; in suo statu determinat.l.ij.ubi glo.ordi.in uerbo manumitti.de offi.proconsul.glos.magna.& ibi doct.in l.gallus.§. 1.de libe.& posthu.

Ex decisione casus magis dubij, minus dubius pariter deter

determinatur.l.qui testamento.in princ.uersicu.ergo & frater poterit.de testa.

Vnica determinatio ratione maioris fauoris, inæqualiter determinat.l.si ita scriptum fuerit.de manu.testa. Alexand.consil.50.uiso.col.1.uol.iiij.

Vnum determinabiliũ nunquam determinat aliud.l.antepe.§.si quis aduentu.& ibi not.Bart.ui bono.rapt.

In dispositione hominis uoluntaria, unica determinatio uniformiter in omnibus operatur: secus in necessaria uel legali.doct.cõmuniter in d.l.iam hoc iure.in fi.de uulg.& d.l.gallus.§.1.in gl.magna.de lib.& posth.

Dispositio.

DIspositio facta in uno coniunctorum, ad reliquum extenditur.l.ancillæ.C.de furtis.

Dispositio eo loco facta uidetur, in quem eius confertur effectus.l.contraxisse.de actio.& oblig.

Dispositio generalis non comprehendit casum specialiter diffinitum.l.doli clausula. de stipulatio.l. cùm in testamento.§.fi.de hære.insti.l. seruo manumisso.de pecul.lega.

Dispositio generalis omnes casus includit, dato quòd maior sit ratio in uno, quàm in alio.l.1.§.quod autẽ. de ale.lu.& aleato.

Dispositio specialis derogat generali.l.Titia.1.§.pen. de lega.ij.

Dispositio magis specialis, derogat minus speciali.l.seruo manumisso.de pecul.lega.

Dispositioni generali per minus generalem derogatur.

l.uxorem.§.codicillus.de leg.iij.

Dispositio quantumcunq; generalis, non extenditur ad incogitata.l.cùm Aquiliana.de transac. Roma.consil. 294.hæc confeßio.circa fin.

Dispositio generalis,includit casus etiam priuilegiatos. l.in fraudem.§.fin.de mili.testam.

Dispositio de aliquo actu facta,non ad necessarium,sed uoluntarium actum refertur.l.peto.§.prædium. de lega.ij.cùm fidei.de fideicom.lib.

Dispositio facta sub nomine appellatiuo,sublato illo nomine non operatur.l.si antequàm.de dona. inter uir. & uxo.

Dispositio generalis continens extensionem actus iam conceßi, non restringitur ad habilitatem.l.1.§.nuntiatio.de no.oper.nuntia.l.iij.§.1.in fin.de tutel.Ias. in l.1.col.2.C.de sac.sanc.eccle.

Dispositio realis plenius prouidet quàm personalis.l. iurisgentium.§.pactorum.de pac.l.si necessarias.§. de uendendo.de pigno.act.

Dispositio negatiua trahitur in infinitum.glos.fi.in l. hoc genus.de conditio.& demonstra.

Dispositio respiciens personas, specialior est quàm quæ res uel causas intuetur. Bald.in l.gallus.§.ille casus. col.pen.de libe.& posthu.Deci.in consil.147.col. penul.uol.1.

Ex duabus dispositionibus specialibus illa specialior est, & præualet in qua est maior ratio specialitatis. Bal.in l.hac consultißima.col.1.C.qui testa.face.poß.

Dispositio omnis ita intelligi debet, ne sibi contradicere

uidea

uideatur.c.inter dilectos.§.cæterùm.de fid.instru.

Dispositio legis & hominis æquiparantur.l.si in testa-mento.in fin.de uulga.

Dispositio legis magis ultimæ uoluntati quàm contra-ctui comparatur.Alex.in l.ea demum.C.de collatio.

Dispositio limitata secũdum limites adiectæ rationis ex-tenditur.l.nomen.§.fi.de lega.iij.l.regula.§.fi.de iur. & fac.igno.

Dispositio prohibitiua potẽtior est permißiua.l.alienatum.de uerbo.signi.iunc.l.filiusfamiliâs.§.fin.de donatio.glos. in l.hoc genus.de condi.& demonstra.

Dispositio potius iudicanda est superflua, quàm iniqua. glos.& doc.in l.fi.§.in computatione.in fi.C.de iur. delibe.Bal.in l.terminato.C.de fruc.& lit.expen.

Dispositio loquens de tali,uerificatur in incipiente fieri tale.l.& si nõ sint.§.quid ergo.de au.& argen.lega.

Dispositio etiam fauorabilis in casu prohibito facta non confirmatur,licet perueniat ad casum permissum. l.si seruo.qui & à quib.

Dispositio hominis non æquè facilè extenditur ac dispositio legis.c.susceptum.de rescrip.in VI.c.cùm illis.de præben.in VI.

Disponens & dispositum se sub eodem genere non compatiuntur.l.fi.de fund.instruc. Din. in c.mora.de re iud.in VI.

Dispositum in uno correlatiuorum,censetur dispositum & in altero.l.fi.C.de indic.uidu.tollen.l.fi.ubi Bar. de acceptila.latè Deci.in l.I.C.de in ius uocand.

Dispositum de aliquo ut tali,non trahitur ad illud sim-

pliciter consideratum. l.item eorum. in princ. quod cuiusq; uniuersi. nomi.l.debitor.§.fi.ad Trebellian.

Cui non conueniunt uerba,non cõuenit dispositio.l.iiij. §.toties. de dam. infec.l. quod constitutum.de mili. testam.

Dispositio generalis,quæ nõ potest uerificari nisi in una specie,censetur specialis.l.si optio.de optio lega.l.ij. de lib.& posthu.

Licet uerba ex toto non conueniant,si tamen effectus ali qualiter conuenit, habet locum dispositio.glos.not.in clem.uni.in uerbo censura.de usu.Soci.consi.71.col. iij.uolu.1.Deci.in c.nouit.in fi.pri.col.de iud.

Vbi remanet eadem causa & substantia,licet aliquod accidens uarietur,non uariatur dispositio.c.inter corporalia.ubi Abb.de transla.episco.

Illud habetur pro disposito, quod uerisimiliter dispositum fuisset, si de eo fuissent disponentes interrogati. glo.ulti.in l.tale pactum.in fin.de pac.l.Titius.§.Lucius.de lib.& posthu.

Dispositio exorbitans non debet extendi ultra casum specialiter expressum.l.si seruum.§.non dixit prætor. de acqui.hær.l.constitutionibus.ad municipal.

Dispositio simpliciter facta,intelligitur facta eo casu,quo de iure fieri potest.l.gallus.§.quidam recte.& ibi Iason in ij.not.de liber.& posthum.

Omnis dispositio ita sane intelligenda est, ut absurditas excludatur.l.de pupillo.§.si quis forte.de no.oper. nuntia.l.pen.ad exhib.

Qualitas adiecta dispositioni,quæ in casu de quo agitur non

non consideratur, non auget effectum ipsius dispositionis. l. 1. C. de legiti. hær. Bald. in c. 1. de gradi. succe. in feud.

Omnis dispositio quantumcunq; generalis restringenda est, ne quis indebitè damnũ patiatur. l. ij. C. de noxal.

In generali dispositione odiosi & inimici non comprehenduntur. l. lucius. §. lucius titius. de lega. ij.

Dispositio hominis, licet extendatur de casu ad casum, non tamen de persona ad personam. l. si quis ita. §. penul. de testam. tutel. Areti. in l. gallus. §. & quid si tantum. circa princ. de lib. & posthu.

In odiosis dispositio facta de simplicibus, casum mistum non comprehendit. l. uim passam. §. præscriptione. de adulte. l. hoc legatum. de lega. iij.

Dispositio loquens in casu uero, extenditur etiam ad casum fictum. l. gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. l. 1. §. lex falcidia. ad l. falcid.

Dispositio facta ratione alicuius præsuppositi, locũ non habet nisi præsuppositum uerificetur. glos. & doct. in l. mancipia. in uerbo ad uocandum. C. de ser. fug. tex. est in l. lucius titius test. de fideicom. libert.

Extensio.

EX identitate rationis, de stricta significatione uocabuli, ad latam fit extensio. glos. ordi. in authen. ut hi qui obliga. in princ. in uerbo, ad curationem. & ibi not. Angel. l. filium habeo, ad Macedo. glos. in c. 1. de tempo. ordi. in VI.

Dispositio hominis non tam facilè extenditur, quàm

dispositio legis.c.susceptum.de rescrip.in VI. *c.cum illis,de præben.in* VI. *est suprà in uerbo,dispositio.*

A ratione, quæ consideratur fauore agnationis,non fit extensio de una persona ad aliam. Bal.in l.*sed & mili tes.de excus.tut.* Dec.*consil.*287.in *ciuitate.num.*10.

Vbi agitur de pœna imposita à testatore,non fit extensio de uno casu ad alium.l.pater seuerinam.in prin.& ibi Bar.not.de conditio.& demonstra.

Dispositio facta in fauorem aliquorum,ad alios non extenditur. Dec.*consil.*287.*in ciuitate.col.* 3. *uersic.*2. *propius.*

Dispositio facta in uno casu, ad alium similem extenditur,*ex uerisimili & tacita mente disponentus.l.Titius.* §.*lucius.ubi* Bartol.de lib.& *posthu.l.fi.*C.de *posthum.hære.insti.glos.in l.tale pactum.in fi.de pac.est suprà in uerbo,dispositio.*

Quotiescunque idem uerbum à lege sæpius exprimitur, non potest fieri extensio ad aliud quàm nominatum. glo.in *clem.*1.*in uerbo diocesanis.de iur.patro.* quam extollit Ias.*in l.si* constante.*col.* 14.*uersic.* 4.*limita. solu.matrimo.*

*Quod nullum est,extendi non potest.l.*1.& *ij.de iudi.l. sed si manente.de precario.*

Dictum etiam limitatum extenditur per rationem.l.nomen.§.*fi.de lega.iij.l.regula.*§.*fi.de iu.& fac.igno.*

Etiam *ex tacita & uerisimili mente disponentis,de persona ad personam non fit extensio.l.si quis ita.*§.*pen.* de *testa.tutel.est dictum* Areti. *communiter approbatum secundum* Dec.*consil.*287.*col.*3.& *consi.*377.

col.

col.1.uer.quia ad hoc respondetur.

In fictionibus non fit extensio.l.pater.§.fi.cum ibi not. de capti.l.lex cornelia.cum gl.de uulga.Alex.consil. 10.uidetur.col.2.uol.1.

Tacita dispositio non extenditur.gl.in l.1.§.sed uidendum.de successo.edic.gl.in clem.sæpè.in uerbo,partibus.de uerb.signi.

Quando actus potest aliquid operari, nunquam extenditur in alterius præiudiciū:sed ubi esset omnino nullus,tunc nullius præiudicio,considerato solo fauore disponētis,extenditur ut aliquid operetur doctri.Bar. in l.scæuola.in ultima oppo.ad trebelli.

Extensum non est maioris uirtutis,quàm id ad quod extenditur.l.1.& ij.de iud.

In pœnalibus non fit extensio.l.pater seuerinā.ubi Bar. de cōditio.& demonstra.Bal.in l.cùm proponas.C. de hære.insti.

De persona ad personam non fit extensio.l. si unus.§. ante omnia.de pac.l.gallus.§.idem credendum. ubi Areti.de lib.& posthu.

In odiosis & pœnalibus,etiam ex identitate uel maioritate rationis non fit extensio.est communis reg.secundum Ias.in l.cùm quidā.col.penul. de lib.& posthu. quæ multipliciter fallit,ut ibi per eum.

In correctorijs non fit extensio.l.si uerò.§.de uiro.solu.matri.

Quando agitur de fauore publico,iura exorbitantia extenduntur ex identitate uel maioritate rationis. Bart. & alij in l.si constante.in 11.quæsti.solu.matri.Bar.

in l. quemadmodum. C. de agrico. lib. x.

Prouisio facta in uno casu, ad alios similes extenditur. l. gallus. §. & quid si tantum. ubi doc. de lib. & posthu.

De tempore ad tempus non fit extẽsio. l. commodißimè. de lib. & posthu. l. si ita quis substituerit. de uulga.

In his quæ sunt stricti iuris, casus expressus ad omissum non extẽditur. l. quicquid astringendæ. de uerb. oblig.

Exemplum.

EXempla non restringunt sed declarant. l. regula. §. fin. de iur. & fac. ignoran.

Exemplis non est iudicandum, sed legibus. l. nemo. C. de senten. & interlocu. om. iud.

Exemplum principis sequendũ est. l. & hoc Tyberius. de hære. insti. l. titius. ad trebellia.

Exemplum magistri sequendum est. l. an manumittere. de manu. uindic.

Mala exẽpla non sunt sequẽda. l. 1. in princ. ad macedo.

Exempli positio, est respondentis instructio. l. ut responsum. C. de transac. l. precibus. C. de impube. l. exprimere. C. de duob. reis.

Exemplis res fit manifestior. l. prætor. §. iulianus. de collatio. bono.

Doctrinæ gratia unicum exemplum sufficit. l. ita uulneratus. circa fin. ad l. aquil.

Ratione mali exempli grauior pœna imponitur. l. omne. §. in acie. de re milita.

Non statur exemplo nisi cõstet de originali. auth. si quis in aliquo. C. de eden.

Vbi

Vbi deficit exmplar, exemplum deduci non poteſt.l.in teſtamento.de conditio.& demon.

Exemplo alterius ſæpè docetur homo.l. aut facta.§.fi. de pœnis.

Ea quæ exemplo grauia ſunt, tolerari non debent.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.de pœnis.l.exẽplo.C. de probatio.l.fin.in fin.C.de his qui latro.occulta.

Quod exempli gratia ponitur, ad omnia ſimilia extendi tur.l.damni.la 2.in fin.de dam.infec.

Expreſſum, Tacitum.

EXpreſſum facit ceſſare tacitum.l.cùm ex filio.§.1. de uulga.& pupil.

Par eſt uirtus taciti & expreßi.l.cum quid.ſi cert.pet.

Expreßio eius quod tacitè ineſt, nihil operatur.l.iij.de lega.1.l.non rectè.C.de fideiuſſo.

Expreßio eius quod tacitè ineſt, per alium modum quàm inſit, multum operatur.l.ſi quis Sempronium.& l. cornelius.de hære.inſti.

Vitiato expreſſo non uitiatur tacitum æquè principale. l.ſi fideiuſſor.in prin.de lega.1.

Potẽtior eſt diſpoſitio expreſſa quàm tacita.l.precibus. C.de impube.

Multa tacitè conceduntur, quæ expreßè fieri prohibentur.c.cæterùm.extra.de iura.cal.l.ij.§.ſed quia ueremur.C.eod.tit.l.actus legitimi.de regu.iur.l.illa inſtitutio.iunc.l.ſi quis ſempronium.de hære.inſti.l. ſi unus.§.illud.de pac.

Multa expreſſa nocent, quæ tacita non obeſſent.l.non-

nun

nunquam. de conditio. & demonstra.

Frustrà exprimitur, quod tacitè subintelligitur. l. cornelius. de hære. insti. l. uerba. de conditio. insti.

Quoties aliquid sub alio tacitè continetur, si illud specialiter exprimatur, non dicitur amplius sub eo cōtineri. l. doli clausula. de stipulatio. l. sanctio legum. de pœn. l. cohæredi. §. qui patrem. de uulga. & pupil.

Expresso prorogato tacitum non differtur. l. quæro. §. fi. de testa. tutel.

Expressum dicitur etiam quod uerbis generalibus explicatur. l. lucius. de uulga. Bar. in l. 1. col. ij. & in l. centurio. col. 1. eo. tit.

Illud quod tacitè subintelligi potest, habetur pro expresse. l. fideicommissa. §. si filio. de leg. iij.

Iuramentum habet uim expreßi. Bal. in l. 1. C. commod.

Expreßio tacitè inentium alio modo quàm insint, aliquid operatur. l. si ita legatum. §. 1. de lega. 1.

Ad annullandum actum idem operatur tacita legis prohibitio quod expressa. Abb. in c. dilectus. ij. de præbē.

Illud quod tacitè in uno capitulo intelligitur, ad aliud capitulum non porrigitur. glos. Bal. & Alex. in l. 1. in uerbo, si quis. quod quisq; iur. Dec. consil. 416. in testamento. col. antepenul. & sequen. uol. 3.

Tacitus intellectus ad incōgrua non porrigitur. l. ut gradatim. §. sed & si lege. de mune. & hono. l. creditor. § fin. mandati. Signorol. consil. 98. in fi.

Expreßio non necessaria, licet inepta, actum non uitiat. l. uni. in princ. C. de re. uxo. actio.

Expreßio intrinsecæ conditionis actum non suspendit. l. si

l.si decem.de stipulatio.

Aliud est quid tacitè contineri, aliud uerbis exprimi.l. si ita legatum.§.1.in fin.de lega.1.

Tacita protestatio à contrario sensu uerborum enuntiatiuorum sumpta, actum sequentem non tollit.l.fin. in prin. & ibi Bar.de lega.ij.doc.in l.ita stipulatus. de uerbo.obliga.

In tacitis non cadit repetitio.l.titia.§.idem respondit. iunc.l.ita stipulatus.in prin.de uerb.oblig.seu stipul.

Factum.

FActa non præsumuntur nisi probentur.l.si emancipati.ubi Ias.C.de collatio.

Facta infecta esse non possunt.l.in bello.§.factæ.de capti.& postli.re.

Facta pro infectis haberi possunt.l.non dubium.C.de legi.l.quòd si minor.§.restitutio.de mino.

Facti appellatione, etiam non factũ cõtinetur.§.si uxor. insti.de nup.l.si.in fi.de inof.test.

Facta plerunque etiam prudentißimos fallunt.l.ij.de iu. & fac.igno.

Pro facto habetur quod proximè futurum est.l.penul. de mili.test.

Nemo ad factum præcisè obligatur.l.stipulationes non diuiduntur.uer.Celsus.de stipula.§.alteri.uer.ergo si quis.insti.de inuti.stipulatio.fallit in ultimis uoluntatibus.l.fideicommissa.§.fin.de lega.iij.

Factum alienum promitti non potest.l.inter stipulãtem. in princ.de stipulatio.l.sicut reus.de fideiusso.

Factum

Factum alienum alij obesse non debet.l.paterfamiliâs.de de hære.instituen.

Facta inter alios, alijs non præiudicant. l.1. & ij.C. res inter ali.acta.&c.

Factum inimici in malam partem accipitur.l.athletæ.§. 1.de excu.tuto.

Factum principis in dubium refricari non debet.l.quæris.de nata.resti.Bar.in l. conficiuntur.§.codicilli.de iu.codicillo.

Ad quæstionem facti non respondet iurisconsultus.l.eum quem.§.1.de iud.

Non inspicitur factum, sed causa faciendi.l. uerum est. de furt.

Ea quæ sunt facti nulla iuris constitutione mutantur.l.in bello.§. factæ.de capti.gl.in l.librorũ.§. quod tamen caßius.in uerbo, non continebuntur.de lega.iij.l.1. §. si uir.de aquiren.poß.

Legitimè factum nullam pœnam meretur.l.gracchus.C. de adulte.l.qui seruum.de stipulat.

Contra factum proprium, nemini uenire conceditur.l. post mortem.de adop.l.cùm à matre.& ibi not.C.de rei uendi.

Ad rescindendũ aliquod factũ, non potest quis suam uel quasi suam turpitudinem allegare.l.si creditoribus.C. de ser.pig.da.manu.l.transactione.C.de transac.

Vbi opus est facto, uerba non sufficiunt.l.non omnes.§. fi.de re milita.l.peculium.in fi.prin.de pecu.

Fieri eodem tempore dicitur, quod succeßiuè fit.glos. in l. antiqui.in uerbo, eodem tempore.si pars hære.

petatur.

Quod quis ex suo facto sentit, sibi, & non alij, debet imputare. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. famil. hercißcund.

Facere dicitur, qui cùm poßit non prohibet. l. adigere. in princ. ubi gl. de iu. patrona.

Ex facto alieno, alius onerari non debet. l. in causæ. de procura.

Res facti infirmari iure ciuili non potest. l. 1. §. si uir. de acqui. poß.

Factum esse non sufficit, nisi perduret. l. si pro parte. §. uersum. de in rem uer. pulchrè Ang. consil. 34.

Multa facta tenent, quæ ab initio fieri probibentur. l. patre. de bis qui sunt su. uel alie. iu.

Quæ dirimunt facta, longè magis impediunt facienda. l. inter stipulantem. §. sacram. de stipul.

Quædam uitiant iam facta, quæ non impediunt faciēda. l. non distinguemus. circa princ. & ibi glo. in uerbo, ferre debet. de arbit.

Facta sunt potiora uerbis. l. de pupillo. §. meminisse. de oper. no. nuntia.

Factum procuratum non prodest. l. si seruus legatus. §. 1, de lega. 1,

Factum cōtra uoluntatem facienti non imputatur. l. cura. uer. nec si per uim. de mune. & bono.

Quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur. l. lecta. uersic. dicebam. si cert. peta.

Factum naturæ æquo animo ferendum est. l. in summa. §. apud namusam. de aq. pluui. arcen.

Fauor

Fauor, Odium.

FAuores sunt ampliandi, & odia restringẽda. l. cùm quidem. de lib. & posthu.

Fauori pro se introducto potest quilibet renuntiare. l. penul. C. de epis. & cler. l. penul. C. de pac. l. potest. ad l. falcid.

Fauor personæ ad causam non porrigitur. l. ex pluribus. de admini. tuto.

Inducta in fauorem, non debent in odium retorqueri. l. nulla. de legi.

Inducta in odium, in fauorem redundare non debent. l. relegatorum. in fin. de interdic. & relega.

Fauor causæ, præponderat fauori rei conuenti. c. ex literis. ubi Dec. de probat. c. fi. de re iudi. l. lege iulia. de manumißio.

Ea que fauore publico introducta sunt, humana dispositione mutari non possunt. l. nemo potest. de lega. 1. l. ius publicum. de pac. l. quod de bonis. §. fi. ad l. falcid. auth. sed cum testator. ubi docto. C. eod.

Fauor patroni præfertur fauori agnationis. l. qui duos. §. si cum filio. de re. dub.

Non tam uni fauendum est, ut alteri fiat iniuria. l. impuberi. de admi. tut. l. cùm filiusfamil. de mili. test. l. aßiduis. in fin. C. qui potio. in pig. hab.

Sufficit si cui, uel in modico, faueatur. l. tutori. C. de neg. gest. l. tutores. §. 1. de admi. tuto.

Odium resultans in consequẽtiam fauoris, uel econtrà, toleratur. l. cùm ex oratione. §. fi. de excu. tuto. l. legitimos.

mos. §. 1. de legi. tut. Bal. in l. quod fauore. in 6. opp. C. de legi. l. sed & milites. §. scribit. de excu. tuto.

Fauorem proprium remittenti fraus fieri non dicitur. l. potest. ad l. falcid.

Fauori publico derogari non potest. l. quidam. in princ. de admi. tuto.

Fauorabilis reputatur actus per quem pluribus prouidetur. l. iij. §. quòd si seruus. de sta. libe.

Fauor attributus certæ rei, ad dispositionem sibi coniunctam non extenditur. l. si ita scriptũ. de manumis. testa.

Dispositio fauorabilis, uel odiosa iudicatur, inspecta principali intentione disponentis. l. qui exceptionem. & ibi doct. de conditio. indebi.

Fauorabilius est directum quàm obliquum. l. fi. ubi Bal. C. qui manu. non poss.

Fauorabilior est excep. quàm actio. l. 1. §. cui damus. de superfi. l. pure. §. fin. de dol. excep.

Fauorabilior est ultima uoluntas quàm contractus. l. in testamentis. de regu. iur. contra. de. l. uiuus libertus. si quid in fraud. patro.

Ademptum uni, applicatur ei cuius fauore fit ademptio. l. si defunctus. uersi. quorum cõmodo. C. de su. & legi. l. pen. C. de lega. Hoc uerũ in dispositione legis, secus in dispositione hominis, secundum Rom. in sing. 692. regula est. post Bar. in l. uxorem. §. hæres. de leg. iij.

Forma, Solennitas.

Forma dat esse rei. l. Iulianus. § 1. ad exhiben.

Omißio formæ uitiat actum. l. cùm hi. §. si prætor.

N

de transac.

Formae nihil addi, uel detrahi potest. l. 1. §. opus nouū. de no: ope. nuntia. Bald. in l. quoties. col. 1. C. de su. & legit.

Forma non potest per aequipollens adimpleri. l. iij. §. fi. cum duabus sequen. & l. qui per salutem. de iureiur.

Actus efficaces fieri nequeūt, nisi seruata forma à legibus tradita. l. 1. in prin. de stipulatio. l. traditionibus. C. de pact.

Neglecta forma quicquid agitur infirmatur. l. 1. C. de praed. curia. lib. x.

Paria sunt aliquid fieri contra legem, uel non seruata forma legis. auth. quae res. cum ibi no. C. de sac. san. eccl.

Forma uerbalis potentior est reali. Innocen. in c. si quis. extra. de baptism.

Forma consuetudinis attendi debet. l. iiij. de cust. reo.

Mutatio pristinae formae opus nouum facit. l. 1. §. opus nouum. de no. ope. nuntia.

Conditio importat formam substantialem. l. praetor. in prin. de coll. bo. Alex. & Ias. in l. ij. §. prius. de uulg.

Excessus uitiat formam. l. diligenter. uer. nam qui excessit. mandati.

Solennitas extrinseca non praesumitur, sed intrinseca. l. sciendum. de stipul.

Solennitas quae requiritur in faciendo, eadem requiritur in reficiendo. l. si ut proponis. ij. C. de nup.

Omißio modicae solennitatis actum non uitiat. l. 1. §. fi. de uent. insp.

Maius est peccatum formae quàm materiae. l. an inutilis. ubi

ubi Barto. de acceptilatio.

Maior est diuersitas respectu materiæ quàm formæ. Bartol. in l. Paulus. in ij. q. de solutio.

Causa quantumcunq; fauorabilis, formæ defectum non excusat. l. cùm hi. §. si prætor. de transactionib. Bald. consil. 324. uolum. ij.

Excessus in numero formam nõ uitiat. l. non sunt liberi. de sta. homi. l. testamentum. C. qui testa. fac. poss. Signo. consil. XVII.

Fortius est ius in causa imprimente formam, quàm in causa materiali. l. si is. §. quædam. ad l. falcid. Signoroll. consil. 168.

Forma ex consumatione cõtingit. d. l. si is. §. fi. ad l. falc.

In notorijs forma non attenditur. Bal. & Pau. in l. 1. C. ut quæ des. aduoca.

Frustrà.

FRustrà fit per plura, quod paucioribus effici potest. l. 1. quod met. cau. l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appellatio.

Frustra illud expectatur, cuius nihil operatur euentus. l. si quis ita scripserit. de hær. insti. l. cùm hæres. §. 1. de acqui. hæred.

Frustra precibus imploratur, quod iure communi conceditur. l. uni. C. de thesau. lib. x. l. Imperatores. de priuil. credito.

Frustra beneficium legis implorat, qui in legem committit. l. auxiliũ. in fi. de mino. c. bonæ. in prin. de elect.

Frustra quæritur de eo quod nullum operatur effectum.

l.iij.quando di.leg.ced.l.non oportet.de leg.ij.

Frustrà remedium quæritur ubi nulla ſubeſt læſio.l.ex conſenſu.in prin.de appellatio.

Frustrà eſt potentia quæ ad actum nõ perducitur.l.multum intereſt.C.ſi quis alte.uel ſi.l.hæ enim.§.ſi prætor.de ſuſpect.tuto.

Frustratorius eſt actus qui non aſſequitur finem ſuum.l.uerbis.de uulga.

Frustratoria remedia lex non introducit.l.qui bis idem.de ſtipula.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ut leg.nom.cauea.l.hæc autem.ſi cui plus quàm per l.falcid.

Frustra hominis miniſterium requiritur, ubi natura uel ars operatur.l.ſi in duobus.§.1.quemad.teſta.aper.

Frustra diſputatur de ualiditate actus, cuius nullus eſt effectus.l.1.C.ne uxor pro marit.

Frustrà exprimitur quod tacitè ſubintelligitur.l.iam dubitari.& l.Cornelius.de hære.inſti.

Frustra quæritur ars ubi natura operatur.l.ſi in duobus.§.1.quemadmo.teſt.aperian.eſt ſuprà.

Frustra ab homine exprimitur, quod ipſo iure ſubintelligitur.l.quæſitum.§.1.de diſtrac.pigno.l.non rectè.C.de fideiuſſo.

Frustratorium eſt prouidere ubi non expedit.l.ſi plures.de teſtam.tutel.

Frustra contenditur de eo, quod nullo caſu poteſt uerificari.l.ſucceſſores.ubi Salice.C.ad l.falcid.

Frustra ramos incidere conatur, qui radices non euellit.c.quia radix.de pœni.diſt.ij.

Frustra uelociter currit, qui prius quàm ad metam perueniat

ueniat deficit.c.in cassum.de pœniten.dist.iij.

Genus, Species.

IN omni iure, generi per speciem derogatur.l.sanctio legum.de pœni.l.in omni.de regu.iur.

Licet species deroget generi, non tamen genus derogat speciei.c.dudum.de præben.in VI.

Genus est quod prædicatur de multis differentibus specie. Species est quod prædicatur de multis differentibus numero.glos.in l.ij.§.1.si cert.pet.

Ad specierum cognitionẽ, debet præcedere cognitio generis.l.1.si cert.pet.§.his igitur.insti.de iusti.& iur.

Genus nunquàm perit.l.incendium.C.si cert.pet.l.in ratione.§.incertè.ad l.falcid.

Genus in medio positum, ex præcedentibus & sequentibus restringitur.l.quæsitum.§.1.de leg.iij.

Generalitas parit obscuritatem.l.ita fidei.de iur.fisci.

Idem operatur genus in suo genere, quod species in sua specie.l.si chorus.de leg.iij.

Generale dictum ad extraordinaria non refertur.l.scio.§.medico.de annu.lega.

Non permittitur fieri in genere, quod in specie denegatur. Vel, Non plus operari potest genus quàm species. l.spem præmiorum.C.quæ res pigno.ob.poss.

Generis ad speciem non admittitur compensatio.l.si conuenerit.in prin.& ibi glos.de pig.actio.

A quo remouetur genus, remouetur & quælibet eius species.l.fundi.§.fin.de fund.instruc. Din.in c.mora.de reg.iur.in VI.l.sancimus.ubi Bar.C.de usu.rei iud.

Genus quod non potest nisi in una specie uerificari, pro specie reputatur. l. ij. de libe. & posthu. l. si optio. de optio. lega.

Species quae retinet nomen sui generis, debilior est ea quae specificum nomen assumit. l. imperium. de iurisd. om. iudi. l. ij. de adopt. l. inter agnatos. unde legiti.

Quod specialiter declaratur, ualidius operatur quàm quod in genere praedicatur. l. ij. ubi Bal. C. de ser. pigno. da. manumis.

Plus & minus, non inducunt specificam differentiam. l. fi. de fund. instru.

Plus & minus non constituũt speciem, sed gradum. Ias. in l. imperium. col. xi. uersi. iij. circa praedicta. de iurisdi. om. iudi.

Enumeratio quorundam indiuiduorum, genus praecedens non restringit. l. uerba. de alimen. & cibar. lega.

Enumeratio specierum, genus praecedens non restringit. l. pediculis. §. labeo. de aur. & argen. lega.

Species ex abundanti, uel per imperitiam enumeratae, genus praecedens non restringunt. l. legata supellectili. in prin. de supel. lega.

In materia fauorabili, uerba non in specie, sed in genere accipiuntur. c. Rodulphus. ubi Abb. col. 1. de rescrip. Alex. consil. 248. ponderatis. col. pen. uersi. pro quo etiam facit. uol. vi.

Ex duobus specialiter dispositis, attenditur illud quod est specialius. l. si seruo manumisso. de pecul. lega. Alex. consil. 29. quoniam abundè. circa princ. uolu. 1.

Tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum

tum specialis in specie.l.si duo.de admi.tuto.l.si chorus.de lega.iij.l.omnes.C.de præscriptio.trigin.annor.est suprà.

Multa licent in genere, quæ in specie non licent, & econtrà.c.ij.ubi glos.not.extra.de offic.iud.ordi.

Magis animaduertitur ad id quod specialiter iniungitur, quàm ad id quod generaliter interpretatur.c.si aduersus.de hæret.c.quanquàm.23.distin. Alex.consil.33. col.1.uol.1.

In speciebus cadit affectio, sed non in genere uel quantitate.l.nummis.de in lit.iuran.l.si fundus.ubi Alex. ad l.falcid.

Prouisio generalis non refertur ad ea, quibus specialiter prouisum reperitur.l.doli clausula.de stipulatio.

Specialiter dictum intelligitur, quod est ab omni generalitate abstractum.l.item apud.§.hoc edictum.de iureiur.l.seruus urbanus.§.fin.de lega.iij. Alex.consil. 44.uidebitur.col.1.uol.4.

Clausula generalis refertur tantum ad specificata, si plura fuerunt.l.legatorum.§.1.de lega.ij.

Non est nouum, ut post multa specialiter enumerata, generalis clausula subijciatur omnia complectens.l.si seruus.§.inquit lex.ad l.Aquil.

Quæ notabiliter facta sunt, nisi specialiter notētur, quasi neglecta uidentur.l.item apud Labeonem.§.ait prætor.de iniur.

Ex generali conceßione detractum censetur, quod alij specialiter conceditur.l.uxorem.§.felicißimo.in fin. ubi glos.de lega.iij.

Mandatum speciale derogat generali.c.1.in fi.extra.de rescrip.

Clausula generalis sequens, determinatur per specialem præcedentem.l.quoties.C.famil.hercis.

Generalis prouisio, etiam porrigitur ad casum specialiter notatum.l.si seruus communis.de stipul.seruo.

Generalitas non extenditur ad incogitata. Roma.cõsil. 294.hæc confeßio.circa fi.per tex.in l.cùm aquiliana.de transac.

Oratio quantũcunq; uniuersalis, non porrigitur ad specificata.l.cohæredi.§.qui patrem.de uulga.

Debitor generis casu fortuito non liberatur.l.incendiũ. C.si cert.peta.

Debitor speciei, perempta specie liberatur.l.si Stichus. & l.si certos.de stipul.l.non amplius.§.1.de leg.1.

In generali sermone non continetur persona loquentis.l. inquisitio.C.de solutio.

In generali dispositione non comprehenduntur ea, quæ uerisimiliter non fuissent in specie comprehensa.l.obligatione generali.de pigno.

In generali conceßione non ueniunt illicita.l.quòd seruus.de acquir.poß.l.si pater.de his quæ in frau. credito.l.si procurator.de condic.indebi.

Allegare speciale sine ratione, est refugium miserorum. glo.ordi.in l.filium quem.C.famil.herciscund.

Generalitas omnes casus includit, etiam priuilegiatos.l. in fraudem.§.fi.de milita.testam.

Speciale in uno, denotat ius commune in contrarium.l. 1.in fi.ad municip.glos.in l.fi.in uerbo, admodum.in fi.C.

fi.C.de his qui ad eccl.confugi.

Plura specialia in eodem casu simul cumulari non debẽt. l.1.ubi gl.C.de dot. promißio.l. cùm post.§.gener. de iur. dot.

Potentius est ius commune quàm speciale, & difficilius tollitur.l.eius militis.§.militia.de mili.testa.

Quod procedit de iure speciali, non habetur in conside ratione.l.iiij.§.1.de fideicom.liberta.Deci.consi.371. in causa magnifici.col.fin.in fi.uol.iij.

Quilibet in dubio censetur potius uti uelle iure communi, quàm speciali.l.iij.de mili.testa.l. quanquàm.& l.in testamento.C.eo.tit.

Maior specialitas iudicatur respectu personæ, quàm causæ.late Deci.consil.iij.col.ij.uol.1.

Plura specialia simul concurrere poßunt, non quidem principaliter, sed in consequentiam.l.sub conditione. de solutio.l.qui in utero.de sta.homi.§.si ab hostibus. insti.quib.mod.ius patr.po.sol.Bar.in tractatu quæsti.in fi.primæ quæsti.

Disiuncta cadens inter genus & speciem, capitur pro coniuncta.l.quintus.de aur.& argen.lega.

Dispositio specialis inualida, generali non derogat.l. fi.§.fi.de aur.& argen.lega.

Quæ speciali nota digna sunt, in generali dispositione non includuntur.l.item apud.§.hoc edictum.de iniur. c.quamuis.de præben.in vi.Dec.consil.272.superiori anno.col.1.uol.ij.

Vbi requiritur specialis mentio, sufficit æquipollẽs.Bar. in l.si quis.in princ.de lega.iij. Soci.in consil. iij.in

causa.col.pen.uersicu.præterea ex quo.uol.3.

Expreßio alicuius indiuidui, reliquum speciei à genere eximit.l.1.§.fi.de aur.& argen.lega.

Non sufficit aliquid in genere proponere, quando quælibet species eundem non operatur effectum.gl.ordi. in c.1.§.si quis igitur.in uerbo, speciem.de excep.in VI.Abb.in c.in præsentia.col.iiij.de probatio.

Lex.

LEx noua per ueterem declaratur.l.sciendum.& ibi gl.in princ.qui satisda.cogan.iunc.auth.offeratur.C.de lit.contesta.

Lex debet esse de dubitabili.l.quòd labeo.de carbon.edic.l.ancillæ.C.de furt.

Lex in dubio, debet intelligi in casu habente maiorē rationem dubitandi.l.domitius.de testa.l.1.ad municip.

Lex dubia, intelligitur secundum naturam tituli sub quo est situata.l.imperatores.in fi.de in di.adic.

Lex debet esse clara & rationabilis.c.erit autem lex.distin.iiij.

Lex quæ uarios patitur intellectus, ad decisionē casuum induci non potest.l.in ambiguo.& ibi not.Bar.de reb.dub.

Lex quæ multipliciter intelligi potest, debet interpretari secundū id quod frequētius obseruatū est.l.si de interpretatione.de legi.Ant.de but.in c.fi.extra.de cōsue.

Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.l.de pretio.de publicia.

Lex generaliter loquens, extendit dispositionem suam usq;

usq; in infinitum.l.1.§.in infinitum.de lega. præstan.

Lex *generaliter & indistinctè loquens, omnem casum complectitur, dato quòd maior sit ratio in uno, quàm in alio.l.1.§.quod autem.de ale.lu.& aleato.*

Lex *simpliciter & indistinctè loquens, debet distingui secundum alias leges specialiter & distinctè loquẽtes. l.filiusfamiliâs.de actio.& obliga.iunc.l.1.ad Macedo.l.iurisgentium.§.si paciscar.de pac.iunc.l.transigere.& ibi gl.magna in fin.C.de transactio.*

Lex *generaliter & indistinctè loquens, non refertur ad casus specialiter notatos.l.sanctio legum.de pœn.l.doli clausula.de stipula.*

Ex *cõiunctione duarum legum bonum sumitur argumentum.l.gallus.§.ille casus.de lib.& posthu.*

Leges *debent sub cõgruis titulis situari.l.ij.de sta.homi.*

Legis *ad legem non est necessaria continuatio.glos.& & doc.in l.gallus.in prin.de libe.& posthu.*

Legem *patere quam ipse tuleris.c.cum omnes.circa fin. de constitutio.*

Legem *quam quis alijs præscripsit, ipse eandem seruare tenetur.l.antepen.de admi.tuto.*

Non *debet alijs legem imponere qui ipsam negligit obseruare.c.pro illorum.de præben.*

Lex *est quicquid in ratione consistit.c.cõsuetudo.dist.1.*

Legis *uirtus, est determinare realiter, non uerbaliter disputare.Bal.in rub.de re.diuisio.circa fin.*

Leges *ignorare nemini licet.l.regula.in prin.de iur.& fac.ignoran.*

Leges *generales debent ab omnibus obseruari.l.leges.*

C.

C.de legi.

Leges non debent esse ludibrio, nec per quenquam irrideri. l. si prætor. de iud. §. 1. & ibi gl. in auth. de æquali. dot.

Leges superflua remedia non inducunt. l. qui bis idem. de stipula. l. hæc stipulatio. §. diuus. ut lega. no. caue. to. ti. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necessa.

Leges non uerbis, sed rebus ipsis imponuntur. l. ij. C. communia de lega. l. fin. C. de usu.

Leges neminem in paupertate uiuere, neq; in anxietate mori permittunt. auth. de hære. & falci. circa fin.

Leges non dedignantur sacros canones imitari. auth. ut cleri. apud propri. episco. circa fin.

Vbi lex ipso iure operatur, hominis ministerium non requiritur. l. ea quæ. C. fami. herciscund.

Lex inferioris, superiori non præiudicat. l. minor autē. de minor. Roma. consil. ij.

Lex debet tractare materiam suo titulo competentem, alioquin non dicitur congruè situata. gl. & Panor. in c. fi. in princ. extra. loca.

Legis ad legē non est necessaria continuatio. gl. ord. in l. gallus. in prin. in uerb. posthumos. de lib. & posth.

Leges legibus concordare modis omnibus debemus. l. uni. C. de inoffi. doti.

Vbi habetur casus legis, nulla relinquitur dubitatio. l. ancillæ. C. de furt.

Vbi legem habemus, superfluum est glossas, uel doctores allegare. gl. in l. sed licet. de offi. præsid.

Lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hæreti.

Ver

Verba legis captari non debent.l.pen.ad exhiben.

Lex ad causas finitas non porrigitur.l.penul.C.de sac. sanc.eccle.

Leges non præterita, sed futura determinãt.c.fin.extra. de consti.l.leges.ij.C.de legi.

Lex corrigẽs intelligitur secundum terminos legis correctæ.§.fi.in auth.de fil.ante dotal.instr.nat.

Lex interpretans, intelligi debet secundum naturam legis interpretatæ.l.nihil.ubi Bart.*de coniungen.cum emancipa.lib.*

Lex suum, non tuũ tibi denegat beneficium.gl. & doct. in l.1.C. si aduers.uendit. facit text.in l. ex asse. ad trebellia.

*Virtus legum non est uerbaliter disputare, sed realiter determinare.*Bal.*in rub.de re. diuisi.*

Legis uirtus in permittendo, uel prohibendo consistit.l. legis uirtus.de legi.

Virtus legum consistit in inductione.l.non solum.§.qui primipilum.de excu.tu.

*Dictum gl.uel doctoris, debet intelligi secundum leges per eos allegatas.*Bar.*in l.non solùm.§. si liberationis uerba.de libe.lega.*

Quando initium legis est generale, tota lex generaliter intelligi debet.l.regula.§.fi.de iu.& fac.igno.

Lex est certa omnium quæ de præsenti sunt in rerum natura; sed non futurorum.l.cùm quidam.§.suum.iunc. l.uentre.de acquiren.hære.

Lex præcedens determinatur per sequentem.l.non est nouum.de legi.l.1.ad l.aquil.

Eru

Erubescimus cum sine lege loquimur. §. *consideremus. in auth. de trien. & semis. l. illam. in fin.* C. *de collatio.*

Legitime factum nullam meretur pœnam. l. gracchus. C. *de adulte.*

Mitius agitur cum lege, quam cum homine. l. Celsus. de arbi. plene Bar. *in l. amplius. rem ra. habe.*

Lex quantumcunq; dura seruanda est. l. prospexit. qui & à quib.

Paria sunt aliquid facere contra legem, uel ultra legem. l. 1. in fi. de lo. pub. fruen.

Nihil in legibus superfluum aut contrarium inuenitur. §. *quibus. in 1. consti.* C.

Legis dispositio magis ultimæ uoluntati, quam contractui æquiparatur. gl ord. in l. 1. in gl. ij. C. *de his quibus indig. late* Alex. *in l. eademum.* C. *de collatio.*

Qui non conueniunt uerba legis, non conuenit legis dispositio. l. quod constitutum. de mili. test. l. iiij. §. *toties. de dam. infec.*

Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. *de pac. conuen.*

Vbi homo non prouidet, lex supplet. l. si se. §. *quæsitum. de re iudi.*

Legis factum excusat hominis neglig ētiam. l. si puellam. C. *si mancipi. fue. alie.*

Lex noua idem disponēs quod lex antiqua, ius antiquum dicitur, non nouum. l. absentem. ibi, uetus ius. ubi Bal. C. *de accusatio.*

In decisionibus causarum, maximè spiritualium, dicta Apostolorum sunt legibus præferenda. Panor. *in c.*

super

super illa. de secund. nup.

Sub clypeo legis nemo decipi dicitur: l. Paulus. de præto. stipulatio.

Vnumquodq; legis uerbum, dicitur esse cum ministerio aliquid operandi. l. 1. §. non frustrà. de iureiur. l. 1. quod metus causa. Paulus consil. 150. uiso. uol. 1.

Lex facilius ampliat & moderatur dispositionem suam, quàm dispositionem hominis. gl. magna in l. aßiduis. C. qui potio. in pigno. habe. Alexand. consil. 5. attentis. col. fi. in medio. uol. vij.

Lex omnium legum difficillima ob intellectuũ multiplicitatem dicitur esse. l. ubi pactum. C. de transact. quæ secundum Ias. ibi xxix. patitur intellectus.

Multa.

MVlta facta tenent, quæ ab initio fieri probibentur. l. patre furioso. de his qui sunt sui uel alie. iur.

Multa expressa nocent, quæ tacita non obessent. l. nonnunquam. de conditio. & demonstra.

Multa transeunt in uniuerso, quæ singulariter non trãsirent. l. quædam. de acquir. rer. domi. l. immodicis. de contrahen. emptio.

Multa simul iuncta prosunt, quæ singula non sufficiunt. l. spadonem. §. qui iura multa. de excu. tuto. in ratione dubitandi. c. causam quæ. de proba. l. rationes. & l. instrumenta. C. eo. glos. in l. ij. circa princ. de excusat. tutor.

Multa propter importunitatem conceduntur, quæ aliâs non concederentur. l. 1. C. de peti. bo. subla. lib. x.

Multa

Multa imperfecta unum perfectum constituere non possunt. l. uni. C. qui num. tutel.

Multa cadunt inter calicem supremaq; labra. l. naturalem. §. 1. in fi. de acqui. re. dom. §. fere. inst. de re. diuis.

Multa possunt ad tempus prohiberi, sed non perpetuò. l. quintus. ubi Bar. de annu. lega.

Multa honestè accipiuntur, quæ tamen inhonestè petuntur. l. 1. §. proindè. de uar. & extraord. cog.

Multa in consequentiam permittuntur, quæ principaliter denegantur. l. 1. de auto. tuto. l. conditionibus pupillus. de condi. & demon.

Multa ex post facto tolerantur, quæ ab initio prohibentur. l. circa. de inoffi. testa. d. l. patre. de his qui sunt sui uel alie. iu.

Multa licent quæ tamen honesta non sunt. l. non omne. de reg. iu. unde Demosthenes ad Athenienses, Themistoclis consilium utile quidem esse, sed non honestum. Responderunt Athenienses, Quod honestum non est, id nec utile reputamus. Et Paulus, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

Multa tractātur quæ non perficiuntur. Bal in l. cùm allegas. col. iij. C. de usu. l. si. uoluntate. C. de rescin. uend.

Multa dicuntur quæ non fiunt. l. sciendum. §. dictum de ædil. edic.

Multa in solatium afflicti conceduntur, quæ aliâs non concederentur. l. iure succursum. de iur. doti. l. fi. C. de insti. & substi. l. uni. C. si imperia. lib. soci. lib. x.

Multa in genere permittuntur, quæ in specie fieri prohibentur. Et ideò filius non potest patri, in sui utilitatem

speciali

ſpecialiter conſentienti, donare cauſa mortis: imò uirtute conſenſus in genere præſtiti. eſt communis opin. ſecundum Decium *in conſil.* 289. *placet mihi. col.* I. *&* *pen. uol. ij.*

Multa facta tenent, quæ de nouo fieri prohibentur. c. ſi. de diuortijs.

Multa licent, quæ tamen non expediunt. l. I. *in prin. de aqua coti. & æſti.*

Multitudo non excuſat delictum. Vel, *Multitudo delinquentium delictum non minuit. c. ij. ubi gloſ. in uerbo, præterire. de cenſi. lib.* VI.

Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. c. multi. in fin. ij. quæſti. I.

Multitudini quandoq; parcitur. Vel, *Ob populum multum, delictum tranſit inultum. c. quantūcunq;.* I. *quæſt.* 7. *latè* Calca. *conſil.* I. *col. iiij. in* 25. *fund.*

Multa contra rigorem iuris pro libertate ſunt conſtituta. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo pignorato. de fideicommiſ. liberta.

Multa in iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi, pro communi utilitate recepta ſunt. l. ita uulneratus. ad fi. ad l. Aquil.

Multa ratione incertitudinis permittuntur, quæ aliàs nō concederentur. l. I. C. *de pac. l. ſi ea.* C. *de uſu. c. nauiganti. extrà eod.*

Multa olim permittebantur, quorum exemplis hodie uti non licet. c. quod autem. xxij. q. ij.

Multa incidenter fieri permittuntur, quæ principaliter denegantur. l. quoties. C. *de iudi. l. cùm creditor. §.*

qui furem. ubi Barto. de furtis.

Multa ex proposito facta prosunt, quæ casualiter non releuant. l. ij. in fi. de condi. & demon.

Multa reciproce cõceduntur, quæ simpliciter fieri prohibentur. l. quod autem. §. si uir & uxor. de dona. inter uir. & uxo. l. de fideicommisso. C. de transactio.

Ex multis concurrentibus augetur effectus. c. innotuit. uersi. multa enim. de electio. l. 1. & ibi not. Bal. C. de fideicommis.

Multa pro bono pacis tolerantur, quæ aliâs prohibentur. c. ij. in fi. de desponsa. impube.

Ordo.

VBi non est ordo, ibi confusio. §. inordinatum. ubi glos. in authen. de hære. & falcid.

Quando mens legis est certa, de ordine non curatur. l. in his. §. fi. & l. nec enim. de solutio.

In mistis & coniunctis ordo non attẽditur. l. quidam testamento. de pecul. lega.

Ordo scripturæ reducitur ad ordinem intellectus. l. ij. §. prius. de uulga. & pupil. l. talem. de hære. insti.

Ordo scripturæ denotat ordinem charitatis. l. quoties. de usufruct.

Ordinata charitas incipit à seipso. l. præses. C. de serui. & aqua.

In necessitatibus ordo non attenditur. Vel, Necessitas ordinem non seruat. l. ut gradatim. in prin. de mune. & honori. l. sciendum. §. ordine. de legatio.

Ordinata ad unum effectum, ad alium transferri non debent.

bent.l.aut damnum.§.hostes.& §.solent.de pœn.l. quod Labeo.de compensatio.

Ordo scripturæ non impedit causam iuris ac uoluntatis. l.cùm pater.§.fidei tuæ.de lega.ij.

Verba plurium graduũ collectiua, ordine succeßiuo intelligũtur.l.cum ita.§.fi.et l.peto.§.fratre.de leg.ij.

In notorijs ordo iuris non attenditur.l.ictus fustium.in princ.& ibi Bart.de his qui notan.infa.c.quanto.de transla.præla.Angel.in l. si uacantia.uersic.uenio ad secundum.C.de bon.uacan.lib. x.

Ex ordine honoris colligitur ordo affectionis.l. publius.in fi.de condi.& demon.

Ex ordine literæ arguitur intentio disponentis.c.mandato.in fi.de præben.in VI.c.pen.in prin.de electio. in VI. d.l.quoties.de usufruct.

Ordo non attenditur ubi mens disponentis certa reperitur.l.in his.§.fi.& ibi Bart.de solutio.

Scire quid facias, & nescire quo ordine facias, nõ est perfectæ cognitionis.Bal.in proœ. Digest.circa princ. Ambrosius.

Par, Paria sunt.

Par in parem non habet imperiũ.l.ille à quo.§.tempestiuũ.ad Trebel.c.innotuit.§.quãuis.de elect.

A pari potentia non fit actus.l.Sabinus.communi diuidun.l.si reus.de duob.reis stipu.

Potẽtioribus nobis pares esse nõ possumus.l.iij.in prin. de alienatio.iud.mutan.cau.fac.

Etiam asinus indignatur, quando per comparem apprehenditur.glos.in l.hæres.I.de acquirend.hæredita.

Pares in tempore, sunt pares in iure. l. aliena. §. 1. de pigno. actio.

Pares in gradu, pariter admittuntur. l. si reliquero. de legi. tuto.

Par est uirtus taciti & expreßi. l. cùm quid. si cert. pet.

Par est uirtus cõsuetudinis & legis. l. de quibus. de legi.

Par est uirtus testium & instrumentorum. l. in exercendis. C. de fid: instrum.

Paritas rationis, paritatem iuris inducit. l. illud. ad leg. Aquil.

Paritas delicti paritatem pœnæ requirit. l. nihil interest. de adul. auth. ut frat. fi. in fi. l. si quenquam. in fi. C. de episcop. & cleric.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. uiro atque uxori. in fi. solu. matri.

Paritas affectionis omnem remouet suspicionem. l. non solum. §. 1. de rit. nup.

Parium eadem est natura. l. si socer. in fin. solu. matrim.

Parium eadem est potentia, nec maior. l. 1. §. ueteres. de acquiren. poß. l. si reus. de duob. re.

Pares cum paribus, ueteri prouerbio, facilè congregantur. l. pupillo. §. 1. de tut. et cur. dat. l. 1. §. 1. de excu. tu.

Occultator alienæ laudis, furi par est. Ias. insti. de actio. in fi. per tex. in l. hæreditatum. in fi. ad leg. falcid.

Paria sunt nolle & non posse. l. iij. C. de hære. insti. l. 1. §. usus. de procurato.

Paria sunt non esse, & non apparere. l. duo Titij. in fin. de testam. tutel. l. in lege. de contrahen. emptio.

Paria sunt nescire & dubitare. l. manifestißimi. C. de furtis.

furtis.

Paria sunt nescire, uel non posse. l. in actione. uersi. planè. de furtis.

Paria sunt dare & remittere. l. si fundũ. §. titio. de leg. I.

Paria sunt esse uel esse debere. l. qui cum alio. ubi Deci. in fin. de regu. iur.

Paria sunt scire, uel scire debere. l. quod. ubi doc. si cert. peta. l. qui fundum. §. seruus. pro empt.

Paria sunt scire, uel scire posse. l. penult. ad Macedo. l. in bonorum. in fi. de bon. poß.

Paria sunt habere, uel habere posse. l. item ueniunt. §. petitam. ubi Angel. de petitio. hære.

Paria sunt habere, uel habere debere. l. penul. §. I. ubi Bar. de aur. & argen. lega.

Paria sunt rem non habere, uel habere inutilem. c. inter corporalia. §. sicut. de transla. episcop. glos. in l. fi. C. de plagia.

Paria sunt ipso iure excludi, uel ope exceptionis. l. nihil intereſt ipso iure. de reg. iur.

Paria sunt non habere remediũ, uel habere inane. l. nam is. de dolo.

Paria sunt soluere & compensare. l. si debitor. qui potio. in pigno. habean. l. si peculiũ. §. de illo. de sta. lib.

Paria sunt soluere uel promittere. l. fina. C. ad l. falcid.

Paria sunt mihi solui, uel alteri mea uoluntate. l. nihil intereſt. C. de solu.

Paria sunt mãdare, uel ratum habere. c. ratihabitionem. ubi Din. de regu. iur. in VI.

Paria sunt aliquid facere, uel per se, uel per alium. l. I. §.

deieciſſe.de ui & ui arma.l.is damnum.de reg.iur.

Paria *ſunt facere,uel facto authoritatem præbere.l.1.§. omnia.C.de uete.iur.enucle.*

Paria *ſunt aliquid facere,uel per ſe,uel per interpoſitam perſonã.l.hac edictali.§.ſi uerò plus.C.de ſecũ.nup.*

Paria *ſunt ſubſcribere per ſe,uel per alium ſuo nomine. l.uice.C.de donatio.*

Paria *ſunt effectum producere, uel cauſam immediatè præbere.l.nihil intereſt.ad l.Corne.de ſica.*

Paria *ſunt non facere,uel minus legitimè facere.l. quoties.qui ſatiſda.cogan.l.ſi aut nullum.C.de legi.hær.*

Paria *ſunt nihil facere,uel partem tantum indiuidui facere.l.furioſum.ubi gloſ.C.qui teſtam.fac.poß.*

Paria *ſunt facere, uel facienti conſentire.l.utrum.& l. ſequen.ad l.Pompe.de parricid.*

Paria *ſunt delinquere,uel delinquẽti non reſiſtere.l.iij. §.tantundem.de admini.tuto.*

Paria *ſunt non facere,uel in facto non perſeuerare.l. quicquid calore.de reg.iur.*

Paria *ſunt actum non incipere,uel cœptum non perficere.l.ſi.§.illud.C.de codicil.§.pen.inſti. quib. mod. teſta.infir.*

Paria *ſunt aliquid impleri formaliter, uel æquipollẽter. l.iij.C.de inſti.& ſubſtit.l.ſi.C.de don.quæ ſub mo. l.gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſth.*

Paria *ſunt aliquid ab initio eſſe tale,uel ex poſt facto deuenire ad tale.l.nec intereſt.ad leg.falcid.l.penult.de actio.emp.*

Paria *ſunt uoluntatem uerbo,uel facto declarari.l.Paulus.*

lus.rem ra.hab.l.de quibus.de legi.l.recusari.de acquir.hære.

Paria sunt aliquid exprimere uerbis, uel scriptura.l.miles ad sororem.in prin.de lega.ij.

Paria sunt aliquid esse impoßibile naturaliter, uel de iure.l.1.ubi glos. & l.filius.de conditio.institu.

Paria sunt non posse, uel nõ honestè posse.l.nepos proculo.de uerbo.signi.

Paria sunt aliquid fieri sine lege, uel contra legem. Bal. *in c.in genesi.col.fi.de electio.*

Paria sunt non esse scriptum, uel ita scriptum ut intelligi non poßit.l.ij.de his quæ pro non scrip.haben.

Paria sunt non respondere, & obscurè respondere.l.de ætate.§.nihil interest.de interrog.actio.

Paria sunt aliquid iam esse, uel de proximo sperari.l.penult.de milita.testam.

Paria sunt dare, uel non adimere.l.conficiuntur.in prin.de iur.codicil.l.1.§.sciendum.de lega.iij.

Paria sunt aliquid uel expresso consensu, uel longo silentio esse finitum.l.1.in fi.ad Tertullian.

Paria sunt minus soluere, uel tardius soluere.l.solidum.de solutio.

Paria sunt non dare, uel dare inutile.l.quamuis.§.si conuenerit.ad Velleian.

Paria sunt rem non reddere, uel reddere deteriorem.l.iij.§.1.commoda.

Paria sunt pupillum abesse, uel adesse sine tutore.l.si pupillus.ex quib.cau.in poß.ea.

Paria sunt aliquid fieri coactè, uel metu compulsionis.l.

nouißimè.in prin.quod fal.tuto.

Paria sunt relictum cohæredi restituere,uel sibi in quartam imputare.l.in fideicommissaria. ubi glos.fina.in prim.ad Trebellian.

Paria sunt neminem instituere,uel institutum nolle adire.l.ij.§.quisquis.de uulga.insti.de hære.quæ ab intesta.desc.in princ.

Paria sunt excludi morte,uel repudiatione.l.ij.§.sed & si ipsa.ad Tertullia.*Bar.in l.*Centurio.*in princ.uersi. ex hoc sequitur.de uulga.contra de l.filio pater.iunc. ibi glos.de lega.1.*

Paria sunt inimicum uirtute,uel fallacia superare.l.nihil interest.de capti.& postli.re.

*Paria sunt dolum re ipsa,uel ex proposito interuenire. l.fi.*C*.qui manumit.non poß.*Abb.*in c.cùm contingat.col.pen.extrà de iureiur.*

Paria sunt falsum exprimere,uel supprimere ueritatem. c.super literis.extrà de rescrip.l.1.in prim.de fal.

Paria sunt uoluntatem ab initio,uel ex post facto interuenire.l.si autem plures.in princ.de aqua plu.arcen.

Paria sunt aliquid esse certum per se, uel per relationem ad aliud.l.asse toto.de hære.insti.

Paria sunt diuisionem à iudice,uel à testatore fieri.l.iij. in prin.de alimen.lega.

*Paria sunt hæreditatem non diuidere,uel diuisam uni tantum relinquere.l.quidam elogio.*C*.de iur.delibe.l.ij. de acqui.hære.*

Paria sunt nullam subesse causam,uel subesse,sed iniustam.l.1.& ij.§.1.de condic.indebi.

Paria

Paria sunt rem habere, uel actionem ad rem. l. qui actionem. de regu. iu. l. rem in bonis. de acqui. re. domi.

Paria sunt a loco abesse, uel sui copiam nõ facere. l. eum qui circa. de priuileg. credito.

Paria sunt iudicem (quoad eius pœnam) corrumpi precibus, uel pecunia. l. fi. & ibi Bar. C. de pœna iud. qui mal. iudica.

Paria sunt dicere, est speciale, uel de æquitate. glo. in l. qui res. §. aream. in uerbo, in perpetuum. de solut.

Paria sunt dicere, hæc lex procedit de æquitate, illa de rigore: uel dicere, hæc corrigit illam. glo. ord. ubi Bar. in l. cotem ferro. §. fin. in prin. de publica. Bart. in l. ex hac. col. 1. de donatio.

Paria sunt aliquid fieri neceßitate cogente, uel suadente utilitate. c. post translationem. §. fi. de renuntia. c. quæris. de æta. & qualita.

Paria sunt aliquid per me, uel mea uolũtate fieri. l. filiosfamiliâs. C. de iu. deliberan.

Paria sunt non extare, uel non succedere. l. ij. §. adoptiui. uer. sed si sint. ad Tertullia.

Paria sunt conditionem impleri, uel à iure remitti. l. mulieri & titio. de conditio. & demon. l. quæ iurisiurandi. de conditio. insti.

Paria sunt ægrotum derelinquere, uel malum medicum adhibere. l. quòd si nolit. §. si mãcipium. de ædil. edic.

Paria sunt rem furto exportare, uel illam duntaxat occultare. l. hereditatum. §. fi. ad l. falc.

Paria sunt aliquem occidere, uel ei alimenta denegare. l. necare. de lib. agnoscen.

Paria sunt malè facere, uel malefacto non obuiare.c.sicut dignum.extrà de homicid.

Paria sunt non esse, uel reperiri non posse.l. cùm unus. §.fi.de bon.aut.iud.poß.

Paria sunt non debere, uel nondum conueniri posse.l.fid cinius.§.si in diem.quib.ex cau.in pos.ea.

Paria sunt rem amittere, uel deteriorem factam recipere. l.nauis onustæ.§.fi.ad l.rhod.de iac.

Paria sunt non esse in possessione, uel mala fide poßidere.l.fin.C.unde ui.

Paria sunt res alienas inuadere, uel iniustè detinere. c. sæpe.de resti.spoliato.

Paria sunt aliquid proprio nomine significare, uel aliter demonstrare.l.certum.si cert.peta.

Paria aliquid fieri tempore habili, uel in tempus habile conferri.l.in tempus.de hære.insti.

Paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, uel in tempus prohibitum conferri.l.oratio.de sponsa.l.quod sponsæ.C.de dona.ante nupt.

Paria sunt aliquem iam esse cõdemnatũ, uel ex processu apparere ipsum cõdemnandũ.l.qui penè.de manumiß.

Paria sunt sententiam esse latam, uel esse conclusum in causa.l.si rẽ.§.fi.de euic.c. pastoralis.de causa pos. & proprieta.

Paria sunt quẽ non adesse, uel cum difficultate adiri posse.l.in contractibus.in fi.& ibi not.Bar.C.de non numer.pecun.

Paria sunt quem aliquid facere, uel per se non stare quominus fiat.l.uter.in fi.de condi.instit.

Paria

Paria sunt aliquid esse impoßibile, uel multum difficile. l. apud Iulianum. *§. constat. de lega.* 1.

Principium, Finis, Infinitas, Exitus.

PRincipium est potißima pars cuiusq; rei. l. 1. *de origi. iur.*

Quod iuris est de aliquo, idem est de eius principio. l. non ideò minus. & ibi not. Bar. C. *de hære. insti.*

Bene & competenter uniuersa geruntur, si principium decẽs fiat, & amabile deo. in authen. quomodo oport. epis. in prin.

Quæ malo inchoata sunt principio, uix est ut bono exitu peragantur. c. principatus. 1. *quæst.* 1.

Initiũ spectandũ est. l. Pomponius. *lib.* 26. *de neg. gestis.*

Initium litis fit per contestationem. l. uni. & ibi glo. C. *de plus petitio. l. apertißimi.* C. *de iud.*

Principijs obsta, serò medicina paratur. l. fi. C. *in quib. cau. in integ. rest. non est necessa.* Vel, *Melius est intacta iura ab initio conseruare, quàm post illatum uulnus remedium quærere.*

Vno principio illicito dato, plurima mala sequuntur. §. considerauimus. & ibi gl. in uerbo, illicito. in auth. ut iudices si. quo. suffra. colla. 2.

Quod ab initio inutile est, ex euentu non confirmatur. l. si tutoris. quod iussu.

Finem expectare oportet. l. diximus. de excusa. tutor.

Finis est nobilior omnibus quæ sunt ad finẽ. l. & si non sint. §. perueniamus. de aur. & arg. leg. Aristo. 3. Top.

Melius est in tempore occurrere, quàm post exitum uindicare.

dicare.l.1.C.quando lice.si.iud.se uind.

Inducta ad unum finem non operantur contrarium effe=ctum.l.legata inutiliter.de lega.3.

Exitus acta probat.l.si mater.ubi Bal.C.*ne de sta.defun.l.rem non nouã.in fi.C.de iudi.c.quod autẽ.22.q.2.*

In maleficijs uoluntas spectatur, non exitus.l.diuus.ad l.cornel.de sica.

Finis aliquando principium trahit, & econtrà.l.iiij.de adim.lega.l.si quis.in prin.de lega.3.gl.in l.qui sel=la.§.fi.de seruitu.rustico.prædio.

Cuius finis melior est, ipsum quoq; melius est. Aristot.3.Topicor.

Habito fine, de origine non curatur.l.cùm seruus.de uerbo.obliga.

Vbi actus uitiaretur, finis ad principium non refertur. Petrus de Ancha.*consil.115.incipiam.*

Tempus centum annorum, est longißimus uitæ finis.l.si usus fructus, de usufruc.lega.

Nihil ab eo casu incipere potest, quo finiri debet.l.u=sumfructum.de usufru.lega.

*Denegato qualicunq; fine denegatum censetur qualecũq; eius principiũ.l.oratio.de sponsa.*Roma.*consil.299.in proposita.circa fin.*

Proëmium denotat causam finalem.l.fi.de.hære.instit.

Origo bonorum non attenditur, sed finale dominium.l.si auia.C.de donatio. pulchrè Ancha. *consil.50.uisis diligenter.circa med.*

Non datur finis ubi principium non præceßit.l.titio usus fructus. de conditio. & demon. Vel *sic,* Non *di=*

citur

citur desinere quod nunquam cœpit. Nam omnis priuatio præsupponit habitum, & omnis corruptio generationem. l. manumißiones. de iusti. & iu.

Non attenditur initium, sed perseuerantia. l. nam etsi parentibus. §. 1. de inoffi. testa.

Ad interpretationem alicuius materiæ, non est illotis manibus, & omißis initijs accedẽdũ. l. 1. in fi. de orig. iu.

Vniuscuiusq; contractus initium spectandum est, & causa. l. si procuratorem. in princ. manda. l. 1. §. non solum. depositi. l. si tamen. ad macedo.

Actus consumatus non uitiatur, licet perueniat ad casum à quo inchoari non potest. l. si gaudentius. C. de contrahen. emptio.

Potior pars cuiusq; diei, est horarum septem primarum, non supremarum. l. ij. de uerbo. sign.

Quod primum est, nihil ante se habere potest. §. in reliqua. in proẽ. Digestorum.

A primordio tituli, posterior omnis formatur euentus. l. uni. in fin. C. de impo. lucra. descrip. lib. x.

Non uidetur omnino falsum, quod ueritatis primordio adiuuatur. l. cùm filius. §. hæres. de lega. ij.

Quæ ab initio sunt uoluntatis, ex post facto sunt neceßitatis. l. sicut. C. de act. & obli. l. in cõmodato. §. sicut. cõmodati. l. si quis argentũ. §. cùm enim. C. de dona.

Principium non apparens non consideratur. l. 1. §. planè si aqua. de aq. quotid. & æstiu.

Quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur. l. item quia. §. fin. de pac. l. titia. §. 1. de stipulatio.

Præfationes libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & in ea euidentiorem præstant intellectum. l. 1. in fi. de orig. iu.

Quæ per defunctum inchoata sunt, per hæredem explicari debent. l. hæres socij. pro socio.

Priora posterioribus eliduntur. l. si unus. §. pactus. de pac. l. pacta nouißima. C. eo. tit.

In mistis & coniunctis, non datur prius, nec posterius. l. quidam testamento. de pecul. lega.

Qui prior est tempore, potior est iure. l. si fundum. C. qui potio. in pigno.

Qui prior appellat, prior agat. l. qui prior. de iud.

Prima charitas incipit à seipso. l. præses. C. de seruit. & aqua.

Sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima uice. l. boues. §. hoc sermone. de uerbo. signi. l. cùm pater. §. pater. de lega. ij.

Primo nominatus censetur magis dilectus. l. quoties. de usufruc.

Omnis laus in fine canitur.

Finis est primus in intentione, & ultimus in executione.

Omne agens agit propter finem. Aristoteles 2. Physic.

Causa finalis attendi debet. l. fi. de hæredi. insti.

Quicquid initium habuit, ad finem peruenire necesse est. Aristot. 3. Physico.

Finiti ad infinitum nulla est proportio. Aristot. 8. Physico. & 1. De cœlo & mundo. l. filiusfam. §. secundũ uulgarem. de lega. 1.

Infinitas uitãda est. l. fin. & ibi gl. C. de sac. sanc. eccl. l.

uni

uni.C.de sen. quæ pro eo quod inter.

Prouidendum est, ne lites in infinitum extendantur. l. apertißimi. C. de iud.

Fini nihil est contrarium. Aristo. 3. *de cœlo & mundo.*

Finis sciẽtiæ speculatiuæ est ueritas, practicæ uerò opus. Aristo. 2. *metaphy.*

Si uerba sunt apta ad infinitatem, toleratur infinitas. l. si ita stipulatus. ubi Bar. *de fideiuss.*

Finis est consumatio actus. l. quæsitum. §. illud. de leg. 3. l. si is. §. quædam. ad l. falc. l. ædificia. §. perfecisse. de uerbo. signi.

Publicè interest.

PVblicè interest delicta puniri. l. ita uulneratus. in fi. ad l. aquil. l. locatio. §. quod illicitè. de publica.

Publicè interest supremas hominum uoluntates effectum sortiri. l. uel negare. quemadmo. testa. aper.

Publicè interest homines saluos & incolumes conseruari. l. cùm ratio. §. penul. de bo. damnato.

Publicè interest neminem suis rebus abuti. §. sed & maior. insti. de his qui sunt su. uel alie. iu.

Publicè interest riuos & cloacas purgari, ne aëris salubritas inficiatur. l. de pupillo. §. si quis riuos. de ope. no. nuntia.

Publicè interest dotes mulieribus conseruari, ut facilius nubentes repleant liberis ciuitatem. l. 1. solu. matri. & l. interest. de priuilegijs credito.

Publicè interest sine metu & periculo per itinera commeari. l. 1. §. 1 de his qui deiece. uel effu.

Reipublicæ intereſt plurimos habere defenſores. l. nam reipublicæ. de no. ope. nuntia.

Publicè intereſt urbem non deformari. l. fi. ne quid in loc. pub. quia pulchritudo urbis allicit homines ad habitandum. Ouidius:

Aſpicis ut ueniant ad candida tecta columbæ:
Accipiat nullas ſordida turris aues.

Reipublicæ intereſt ſubditos habere locupletes. auth. ut iudi. ſi. quo. ſuffra. §. conſideremus.

Publicè intereſt prouinciam malis hominibus purgari, ut in quiete permaneat. l. cõgruit. de offi. præſid. l. ij. C. quando li. ſine iud. ſe uindica.

Publicè intereſt abſentes à quibuſcunque defendi. l. ſeruum quoq;. circa prin. de procurato.

Publicè intereſt pœnam delinquentibus non remitti. l. ſi operis. C. de pœnis.

Reipublicæ intereſt ſtudiorum fauores ampliari. gloſ. in l. 1. C. de ſtud. libe. urb. Rom. lib. XII.

Qualitas, Accidens, Subiectum.

QValitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt. l. iiij. §. fin. de actio. emp. l. fi. de colla. bono.

Non entis nullæ ſunt qualitates. ibidem. & l. 1. de hæredi. uendi.

Qualitas actus agentis intentionem demonſtrat. l. non codicillum. C. de teſtam.

Qualitas adiecta uerbo, debet intelligi ſecundum tempus uerbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa. l. ſi Titius. de mili. teſtam. latè Calca. conſil. 15. uiſo inſtrumento.

col. VI. nu. 23. usque ad 24.

Allegans qualitatem illam probare tenetur. l. non ignorat. C. qui accu. non poss.

Mutatione qualitatis rei substantia non mutatur. §. minus. insti. de hære. quæ ab intesta. desc. l. si fundus. §. si res. de pigno.

Accidentia & qualitates possunt adesse uel abesse præter subiecti corruptionem. l. pro uoluntarijs. de impē. in reb. dota. fac.

Qualitas competens ex persona propria, potētior est ea quæ competit ex aliena. l. si quid bello. ubi glos. de capti. & postlim. reuer. Bartol. in l. quod princeps. in fi. de lega. ij.

Qualitas quæ paucioribus competit, facit dispositionem magis specialem. Bal. in l. executionem. col. VI. C. de execu. rei iud. Deci. in l. in toto. de regu. iur.

Qualitas adiecta in principali, censetur in eius accessorio repetita. Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. col. pen. de stipultio. l. Titius. ubi Bald. C. de oper. libert.

Quando requiritur aliquid qualificatum, non sufficit illud simpliciter interuenire. l. Fulcinius. §. cùm hoc. ubi Bar. ex quib. cau. in poss. ea. l. iij. ad l. Aquil.

Vitium qualitatis, maius est uitio quātitatis. l. I. §. si quis simpliciter. & §. sequen. de stipulatio. Din. in c. plus semper. circa fi. de regu. iur. in VI.

Ex qualitate sermonis præsumitur qualitas loquentis. Vel, Quilibet est talis, qualia uerba refert. l. pen. de conditio. insti.

Quali

Qualitas non migrat de subiecto in subiectum. glos. in l. quis ergo. de pecul.

Qualitas certo tẽpore requisita, postea superueniẽs non patrocinatur. Calca. cõsi. 15. uiso. col. vi. nu. 23. uol. 1.

Qualitas posita in una oratione copulata cum alia, qualificat etiam orationem praecedentem, ubi aliàs ius commune laederetur. c. causam quae. de rescrip. Alex. consil. 34. uisis. circa fi. uol. vi.

Qualitas quae est in termino ad quem fit relatio, censetur repetita in termino referente. l. si prior. & ibi Bal. & Ang. solu. matri.

Accidens sine subiecto esse non potest. l. iiij. in fin. de actio. emp.

Accidens nõ mutat rei substantiã. l. naturalem. §. apum. de acquir. re. do.

Causa naturalis praefertur accidentali. l. qui habet. in fi. de testa. tutel.

Accidentia non migrant de subiecto in subiectum. l. quis ergo. & ibi glo. de pecul. est suprà.

Accidẽtia extrinseca possunt adesse & abesse citra subiecti corruptionem. l. falsa. de conditio. & demon. l. pacta conuenta. de contrahen. emptio. est suprà.

Vbi datur concursus naturae & accidentis, semper natura praefertur. l. qui habet. in fi. de tutel.

Accidentia concreta, secundum naturam subiecti regulantur. Portius in §. quaedam. insti. de re. diuisio.

Accidentia plurimum conferunt ad rerum cognitionem. l. 1. & l. quòd si nolit. §. qui mancipia. de aedil. edict.

Diuersitas accidentium non inducit specificam differen-

tiam.l.fina.de fund.instruct.

Duo contraria in eodem subiecto simul esse non possunt. l.Mutius.pro socio.

Agens & patiens non concurrunt in eodem subiecto.l. Vranius. de fideius.l. ille à quo.§. tempestiuum. ad Trebellian.

Talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant.l.iij. de fund. instruc. lega.l.fina.§.cui dulcia.de uin.triti. oleoq́; lega.

Verbum unius naturæ,per adiectionem alicuius qualitatis in aliam naturam transit.l.Centurio.& ibi not.La phranc.doria.in princi.de uulga.& pupil.

Qualitas adiecta enti illud qualificat,& in diuersa specie reponit.§.prætereà.inst.de inutil.stipul.pulchrè & latè Hippoli.in singu.520.qualitas.

Vbicunque in dispositione fit mentio alicuius qualitatis ipsam dispositionem immutantis,illud factum uidetur uigore illius qualitatis.l.pen.ubi Barto.C.de iur.delibe.Abb.in consil. 115.uidetur.col.1.uersi. prætereà ubicunque.uol.ij.

Natura seu aptitudo rei magis quàm alicuius emergentis qualitas spectanda est. glos.in l. uendicatio.de rei uendica.

Qualitas inducens uitium non censetur repetita.l.seruo alieno.§.pen.de lega.1.l.Lucius.de fideicom.liberta.

Ratio.

QVando unica tantum ratio aßignari potest,illa habetur pro expressa.glos.singula.& ibi docto.

in l.quamuis.C.de fideicommiſ.facit tex.in l.ij.de libe.& poſthu.

Sola uoluntas legis pro ratione habetur.§.furtiue.inſti. de uſuſcap.gloſ.ordi.in l.1.§.initium.in uerbo,ratus. de poſtulan.

Sic uolo ſic iubeo,ſtat pro ratione uoluntas.l.quia poterat.ad Trebel.§.ſed quòd principi.inſti.de iur.natu. gloſ.fi.in l. filio pater.de lega.1.

Lex eſt quicquid in ratione conſiſtit.c. conſuetudo.diſtin.1.Abb.in c.ratio nulla.in prin.extrà de præben.

Correcta ratione legis,cenſetur correcta lex.gloſ.ordi. in l.1.in uerbo prouidentia.de legi.tuto.ſimilis glo.in l.qua ratione.§.literæ.in uerbo,directam.in fi.de acquir.re.domi.

Vbicunque militat eadem ratio, idem ius ſtatui debet.l. illud.ad l.Aquil.l.1.§.1.de fonte.

Vbi diuerſa ratio reddi non poteſt, diuerſum ius induci non debet.l.iij.§.1.de iniuſt.rup.teſta.l.à Titio.de ſtipulatio.

Diuerſa ratio reformat legem.l. interpoſitas.in fi.C.de tranſac.

Ceſſante ratione legis,ceſſat lex.l.quod dictum.de pact. Bar.in conſil.VI.

Omne dictum à ſua ratione regulatur.l.cùm pater.§. dulciſsimis.de lega.ij.

Ratio naturalis habet uim legis.l.cùm ratio.de bo.dam.

Ratio eſt coniunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium.Bal.in l.omnes populi.col.17.de iuſti.& iur.Iaſ.in l.1.§.item acquirimus.in x.nota. de

acquir.poß.

Non dicuntur discrepantia quæ conueniunt in ratione.l. 1.§.per seruum.ubi Ias.in x.nota.de acquir.poß.

Ratio est anima legis.l.cùm ratio.de bo.damnato.

Diuersitas rationis, diuersitatem iuris inducit.l.inter stipulantem.§.sacram.de stipulatio.l.fi.de rit.nup.

Non omnium ratio reddi potest.l.non omnium.de legi.

Vbi deficit lex, sufficit ratio naturalis.l.scire oportet. §.consequens.uersic.sufficit.de excusa.tuto.l.cùm ratio.de bo.damnato.

Plures rationes uincunt unam.auth.itaq;.ubi glo.C.cõmunia de succeßio.l.re coniuncti.de lega.iij.§.sed hodie.insti.de adoptio.

Vnica ratio quandoq; præualet duabus.l.nam etsi parentibus.de inoffi.testa.l.scripto.unde lib.

Ex pluribus rationibus sufficit unam subesse.§.affinitatus.insti.de nup.

Quando concurrunt ratio permittens & ratio prohibens, attenditur prohibitiua.l.si nõ lex.de hær.insti.

Per rationem ueritas habetur.l.solam.C.de testi.l.scire.de legi.

Ratio non debet esse eadem cum dicto.l.qui interrogatus.de petitio.hære.glo.in l.fi.de offi.procu.Cæsar.

Fatua est quæstio quæ non habet rationem dubitandi.l. Domitius.de testam.

Tacitè cautum intelligitur, ubi eadem ratio reperitur.l. his solus.C.de reuocan.don.l.cùm mulier.ubi Alex. in VI.nota.solu.matri.

Secretorum secreta debet esse ratio.l.si maritus.C.de dona.

dona.int.uir.& uxo.glo.in l.de bonis.in uerbo, differendas.de carbo.edic.

Omne dictum per rationem ampliatur & limitatur.l. unum.§.fi.de lega.ij.l.si is qui animo.de acqui.poss. ubi glo.l.cùm pater.§.dulcissimis.de lega.ij.

Dicta in una lege, extenduntur ad omnes res, casus, & personas in quibus eadem ratio reperitur.l.item ueniunt.§.ait senatus.de petitio.hære.

Ratio debet esse generalis & concludens.glos.in l.non omnium.de legi.l.non hoc.C.unde cogna.

Ratio in specie, uincit rationem in genere.glos.in l.1.§. si ego.in uerbo cæterum.si pars hæredita.peta.

A ratione tacita quando certa est & unica, argui potest uelut ab expressa.l. milites agrum. in princip.de re milita.

Quando in pluribus casibus militat eadem ratio, tunc nõ habet locũ extensio, sed ut genus comprehendit omnes suas species, sic ratio generalis omnes casus complectitur.l.item ueniunt.§.ait Senatus.de petit.hæred.

Sine ratione non est lex.c.consuetudo.distin.1.

Ratio quæ in materia non consideratur, non facit præferri habentem non habenti.Bald.in c.1.de gradi.succe. in feud.Angel.in l.1.§.solent.quando appel.sit.

In temporibus & numeris nulla ratio reddi potest.glo. singu.in c.1.de æta.& qualita.in VI.& in l.1.in uerbo ratus.de postulan.

Ratio legis uel statuti, est anima ipsius legis, uel statuti. Bal.in l.si quis seruo.C.de furt.

Ratio est ipsa lex.Bald.in c.dilectis.de rescrip.

Lex in rationis substantia consistit. Abb. in c. ratio nulla. de præben.

Deficiente lege uel canone, sola ratio potest allegari. c. frustrà. distin. viij. l. scire oportet. §. consequens. uer. sufficit. de excusa. tuto.

Dispositio generalis per rationem restringitur. l. cùm pater. §. dulcißimis. de lega. ij.

Vbi ratio est generalior dicto, licitum est à ratione arguere, non obstante dicti specialitate. l. regula. §. fi. de iur. & fac. igno. c. constitutionem. de regula. in VI.

Paritas rationis inducit paritatem dispositionis. l. à Titio. de stipulatio. l. illud. ad l. Aquil.

Rationabile dictum ita debet mouere iudicem, sicut lex. And. de Iser. in proë. feudo. in penult. col.

In his quæ sunt positiui iuris, concludens ratio aßignari non potest. glo. in l. 1. §. pueritiam. in uerbo ratus. de postulan.

Intellectus & ratio idem sunt. Bal. in l. quamuis. C. de fideicommiß.

In dubio non præsumitur, quòd una tantùm ratio in lege uel statuto poßit aßignari, sed plures. Salice. singulariter in l. si serui uestri. in IX. col. C. de noxal. Ias. in l. quamuis. in fi. C. de fideicommiß. Alex. in l. si constante. col. ij. in fi. solu. matri.

Vbi est eadem ratio, ibi lex extendi debet ad ulteriores casus, cùm lex quandoque utatur uocabuli gratia. l. 1. §. quod uulgò. de ui & ui arma.

Lex specialis habens rationē generalem, generaliter est intelligenda. l. regula. §. fi. ubi Bar. de iur. & fac. ign.

Dispo

Dispositio limitata extenditur secundum limites adiectæ rationis. l. nomẽ. §. fi. de lega. iij. l. regula. §. fi. de iu. & fac. igno.

Verbum.

VErba intelligi debent attento iure communi, non speciali. l. fi. C. de his qui ue. æta. impe.

Verba cum effectu intelligi debẽt. l. 1. §. 1. quod quis. iur.

Verba non in genere, sed in specie accipi debent. l. si in rem. §. 1. de rei uendicatio.

Verba intelligi debent secundum subiectam materiam. l. si uno. locati.

Verba intelliguntur secundum qualitatem personæ ad quam referuntur. l. plenũ. §. equitij. de usu & habita. l. ex militari. de mili. testa.

Verba semper intelligi debent ut aliquid operentur. l. si quando. in princ. de lega. 1.

Ex uerbis præsuppositiuis non oritur dispositio. l. ex facto. 1. de hæred. insti. l. neque enim. §. si seruum. de milit. testa.

Vbicunq; uerba dispositionis possunt retẽta proprietate ab initio uerificari, nunquàm ex post facto ad sensum improprium extenduntur. l. uerbis. de uulg. & pup.

Vbicunq; dispositio, retenta uerborum proprietate, usq; ab initio ualere non potest, ex tũc impropriè sumitur, ut aliquid operetur. l. scæuola. ad trebel.

Vbicunq; uerba dispositionis sunt adeò extranea & inepta, ut menti nullatenus conueniant, dispositio uitiatur. l. si quis in fundi. de lega. 1. gl. in l. librorum. §. quod

tamen Caßius.in uerbo,libros.de lega.iij.

Vbicunque constat de mente disponentis, expressa uel præsumpta uerborum qualitas non attenditur.l. iij. C.de lib.præte.l.quoniam indignum.C.de testa.

Vbicunq; de mente dubitatur,à uerborum proprietate non receditur.l.non aliter.in princ.de lega.iij.

Vbicunq; uerba sunt ambigua,nec aliter constat de uolun tate, dispositio uitiatur.l.in ambiguo.de reb. dub.l. duo sunt tity.de testa.tutel.

Verba impropriari debent, ne actus reddatur inutilis. l.titia.1.§.lucius.de lega.ij.

Verba conditionalia non disponunt.l.si quis sub condi= tione. si quis omiß.causa testamenti.

Verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis.§. fuerat.insti.de actio.

Verba geminata magis disponunt.l. balista.ad trebell.

Verba impropriari debent,ut actus naturæ deseruiant. l.insulam.de præscrip.uer.l.cùm manu sata.in fi.de contrahend.emptio.

Verba generalia ad terminos habiles restringuntur.l.1. in prin.C.de sac.san.eccl.l.ut gradatim.in princ.de mune.& hono.

Verba secundum naturam actus interpretantur.l.si uno. in prin.loca.l.insulam.de præscrip.uerb.

Verba ambigua secundum intentionem proferentis acci piuntur.l.si quis intentione.de iud.

Verba dubia contra loquentem interpretantur.l.ueteri= bus.de pac.l.labeo.de contrahen.empt.

Verba quantũcunq; generalia,ad consonum intellectum

restrin

restringuntur.l.1.§.quod ait.ne quid in lo. sac.

Verba generaliter prolata, referuntur ad omnes & omne tempus.l.si ita fuerit.de lega.3.

Verba generalia, dispositionis etiam fauorabilis, restringuntur ad casus uerisimiles, & minimè odiosos.l.lucius.ij.§. lucius.ij.de lega.ij.

Verba generalia in ultimis uoluntatibus referuntur ad tempus testamenti.l.testator.§.1.de lega.ij.

Verba simpliciter prolata, debent intelligi ciuiliter & urbanè, non Iudaicè.l.si cui.in princ.de seruitu.

Verba debent intelligi simpliciter, & non secundũ quid. l.hoc legatum.ubi Bar.de lega.3.

Verba in statutis propriè accipi debent.l.1.§.si is qui nauem.de exercito. actio.l.iij.§.hæc uerba.& ibi not. Bar.de neg.gest.

Verba enuntiatiua tacitè subintellecta, non inducũt dispositionem.l.rationes.in fine.C.de probatio.

Verba generalia secundum sui naturam generaliter intelligi debent.l.1.§.generaliter.de lega.præstan.l.si finita.§ de cæteris.de dam.infec.

Verba impropriari debent, ut cõueniant materiæ de qua agitur.insti.quib.alie.li.uel non.§.nunc autem admonendi.ubi.gl.in uerbo, dederint.

Vbicunq; ex uerbis simpliciter intellectis resultaret iniquitas, tunc à uerbis receditur, & mens seruatur.l. scire oportet.§.aliud.de excusa.tuto.

Verba mistim & confusè posita, ad ordinem reducuntur, singula singulis cõgruè referẽdo.l.eam quam.ibi, siue quæsita siue non.C.de fideicommiss.

Fact

Facta sunt potiora uerbis.l.de pupillo.§.meminisse.de no.ope.nun.

Vbi facto opus est, uerba non sufficiunt.l. Iulianus.§. offerri.de actio.empt.l.peculium.1.in fi.prin.de pecul.l.1.§.tulisse.in fi.ad syllani.

Verba in dubio intelligi debent, rebus sic se habentibus. l.quod seruius.de conditio.ob cau.l.fi.§.idem quæsijt. de condic. indebi.l. paulo callimacho.§.1.de lega.3. Bar.in l.quoties.§.si duo.circa fi.de hære.insti.

Quoties uerba legis diriguntur ad iudicem, tunc ex illo edicto oritur semper officium iudicis. gl.ordina.in l. si soror.C.de collatio. Bar.in l.uni.de condic.ex lege.uer.ij.principaliter.

Verba iactatoria non inducunt dispositionem.l. fi.de testamen.

Verba debent intelligi secũdum communem usum loquendi.l.librorum.§.quod tamen caßius.ubi gl.de lega.3. l.labeo.de supel.lega.

Verba simpliciter prolata ad intellectum legum referri debent.l.1.C.de fructi.& lit.expen.

Verba ad intellectum poßibilem referenda sunt.l.fi.in prin.C.de contrahen.& committen.stipula. l.stipulatio ista.§.hi qui sunt.de stipulatio.

Verba in potentiori significato intelligi debent.l. 1.§. qui in perpetuum.si ager uectigal.uel emphy.peta.

Verba potestatiua non inducunt neceßitatem.l.sæpè.de offi. præsid.l.non quicquid.de iud.l. ij. C.quomo.& quando iud.

Verba legis imperatiua ad priuatum fauorem prolata, neceß

neceßitatem non inferunt,ſed conſilium.l.age cum Ge miniano.C de tranſac.

Verbum æquiuocum ſumitur in partem digniorem.§. ſed ius quidem.inſti.de iu.natu.gen. & ciui.l.quæritur.de ſta.homi.

A propria uerborũ ſignificatione in dubio non eſt rece dendũ.l.non aliter.de leg.1.§.ſi is qui.de exerc. act.

Vbi uerba non conueniunt,non cõuenit diſpoſitio.l.iiij. §.toties.de dam infec.l.quod conſtitutũ.de mili. teſta.

Verba ſunt ſtrictè & propriè intelligẽda.l.1.§.ſi is qui nauem.de excercito.actio.l.iij.§.hæc uerba.ubi Bar. de nego.geſt.

Verba naturaliter intelligi debent,non ciuiliter.l.fideicommiſſum.de conditionib. & demonſtr.l.fin. C.de his qui ue.æta.imp.l.ex ea parte.§.in inſulam de ſtipulatio.

Verba ſimpliciter prolata,intelliguntur de actu ſimplici,non de qualificato.l.filiusfam.§.ſed enim meminiſſe.de donatio.Bar.in l.lucius.§.quæſitum.de leg.iij.

Verba quæ de iure intelligi non poſſunt,de facto intelliguntur.l.mulier.§.1.de condi.inſti.l.ſtipulatio iſta.§. hi qui ſunt. de ſtipul.l.hæredib.§.ſi.in.ſi.ad trebell.

Verba quæ aliquid præſupponunt,nibil diſponũt reſpe ctu eius quod præſupponũt.l.ex facto.1.de hære.inſti.l. generaliter.§.ſi is qui tutorem.de fideicõ.liber.

Verba enuntiatiua regulariter non diſponunt.l.ex his. C.de mil.teſt.l.titia.cùm teſtamẽto.in prin.de leg.ij.

Verba potius impropriari debẽt quàm quòd tertio præiudicium inferatur.c. ſuper eo.ubi Bal.extrà de offi.

dele

delegat.

Verba quæ in propria significatione operari non possunt, ad impropriam trahuntur, ne superflua reddantur. l. si tam angusti. ubi Angel. de seruitu. l. si tibi. ubi Bart. & docto. si cert. peta.

Etiam in materia stricta & pœnali, uerba eatenus extenduntur, quatenus patitur illorum proprietas. l. cùm lege. ubi Areti. de testa.

Verba prolata ad aliũ finẽ quàm expressum, non disponunt, nec aliquid operãtur. l. in ambiguo. de reb. dub.

Verba presentis temporis ad tempus testamenti restringuntur. l. uxorem. §. testamento pueros. de lega. iij.

Verba enuntiatiua probant inter partes, quando sunt necessaria ad actum in quo proferuntur. l. optimam. C. de contrahen, stipul. Dec. consil. 118. uiso. col. 1. in fin.

Verba ambigua in delictis, debent capi in meliorem uel mitiorem partem. l. si præses. & l. penul. de pœn. l. hæ enim causæ. in princ. de suspec. tuto. latè Ias. in l. diuortio. sol. matr. col. iij.

Verba simpliciter prolata intelliguntur de primo actu. l. dotis promißio. de iu. doti. l. boues. §. hoc sermone. de uerbo. signi.

Verbum ambiguum in una parte alternatiuè positum, per secundum uerbum in altera parte positum declaratur. l. 1. de reb. dub.

Verbum aliquid etiã in minimo uerificatur. l. si seruum. §. prætor ait. ubi Bart. de acqui. hære. in uersic. nota quòd dictio.

Tantum ualet unum uerbum efficax, quantum mille. l.

l. si

l.si aliquid.ubi Bal.C.de donatio.

Verba magis declarant animum quàm facta.l. recusari. de acquiren.hæred.l.re coniuncti.de lega.iij.

Ex uerbis expressa colligitur uoluntas,ex factis tacita. l.ij.& iij.ubi gl.1.& docto.de pac.

Verba in omni actu siue dispositione ita sunt interpretanda,ne sibi inuicem contradicere uideantur.c. inter dilectos.§.cæterùm.de fide instru. Bart. in l.fi.§.idem quæsiji. de condic.inde.uersic.circa prædicta.

Verba directa facilius obliquantur quàm econtrà.glos. singu.in l.uerbis.de uulga.facit tex.in l.scæuola. ad trebel. iunc.l.cohæredi.§.cùm filiæ.de uulga.Ratio, quia facilior est descensus, quàm ascensus.

Verborum transpositio dispositionem non uitiat. l.quidam test.de pecul.lega.

Non opus est uerbis ex quibus nullus sequitur effectus.l. uni.in fi.ubi gl.fi.C.de dedit.liber.tollen.

Verba quantumcunq; generalia,non extenduntur ad incogitata.l.cùm Aquiliana.de trãsac.c.ne quis.ubi gl. 22.quæst.2.

Verba generalia restringi debent,ut omnis absurditas euitetur.l. scire oportet. §.aliud.de excusa. tuto.latè Ias.in l.marcellus.in iiij.not.ad trebellia.bonus tex. in l.1.ne quid in lo.sac.

Vbi agitur de fauore publicæ utilitatis,uerba generalia non restringuntur ad habilitatem.l.si quis in graui.§. utrum.ubi Bart.ad sylla.

Verba generalia restringuntur ex uerisimili mente disponentis.l.lucius.ij.§.lucius.ij.de legat.ij.l.creditor.§. lucius.

lucius. manda.

Verba generalia accessoriè apposita, ad suum principale restringuntur. l. prædijs. in prin. de lega. iij.

Verba taxatiua casus similes non excludunt. gl. ord. in l. ob æs. C. de præd. mino.

Verba taxatiua non excludunt casus ab expreßis tacitè resultantes. l. precibus. ibi, in primum casum tantum. C. de impube.

Verba præsentis temporis ad futura non porriguntur. l. si stipulatus fuerim. §. 1. de stipulatio. doc. communiter in auth. ex causa. in fi. C. de lib. præte.

Verba intelligi debent eo respectu, quo prolata sunt. l. debitor. §. fi. ad. trebel. l. si pater. §. qui duos. & ibi not. Bal. de adoptio. Dec. consil. 283. circa princ.

Verba futuri temporis quandoq; ad præteritum referũtur. l. uerbum oportebit. & l. uerbũ erit. de uerb. sig.

Vltimo uerbo standum est. l. stichus, imò Pamphilus. de de manumis. testa. gl. in c. prædicator. 26. quæstio. 1.

Vnum & idem uerbum, diuersis respectibus diuersam recipit interpretationem. l. ij. ubi gl. in uerbo, manumitti. de offi. proconsul.

Vnum & idem uerbum respiciens plura determinabilia, omnia æqualiter determinat. l. iam hoc iure. de uulga. & pupil.

Quando unum & idem uerbum refertur ad duo, expreßè uel implicitè debet fieri pariformis ad utrunque relatio. tex. singul. secundum Bart. in l. fin. C. de sent. & interlocut.

Vnum & idem uerbum ad diuersa relatum, non uniformiter,

miter, sed secundum propriam cuiusq; naturam intelligi debet. glos. ordi. in l. gallus. §. quidam rectè. in uerbo, non exprimat. de libe. & posthum.

Verbum semel positum, & iterum subauditum, diuersos habet sensus. auth. cessante. & ibi glos. 1. C. de legi. hære. l. nec ullam. §. omnibus. de petitio. hæredita.

Quando idem uerbum à lege sæpius exprimitur, nõ censetur permitti extẽsio ad aliud, quàm nominatum. glo. sing. in cle. 1. in uerbo, diœcesanis. extrà de iur. patro. quam extollit Ias. in l. si constante. col. 14. uersic. iiij. limita. solu. matrimo.

In his quæ sunt iuris uerba, aliàs denotantia fictionem uel improprietatem, ueritatem significant. Bar. in l. si is qui pro emptore. in iij. quæstio. uersic. item quæritur circa prædicta. de ususcapio.

Res magis quàm uerba intuendæ sunt. l. promittendo. in prin. de iur. dot.

Sensus magis quàm uerba spectandus est. l. sed celsus. §. 1. ubi glo. in uerbo, sequendum. de contrahen. emptio.

Plerunq; dum proprietas uerborũ attenditur, sensus ueritatis amittitur. c. propterea. extrà de uerbo. signifi.

Non mutat substantiam rerum non necessaria uerborum multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. de au. & arg. leg.

Verba in dubio, salua ratione recti sermonis intelligi debent. l. Plautius. de aur. & argen. lega.

Verba quæ multifariam secundum proprietatem intelligi possunt, in quolibet sensu accipi debent. l. cùm lege. de testa.

Verba enuntiatiua geminata, idem operantur quod di=

ſpoſitiua. Bar. in l. cùm ſcimus. C. de agrico. & cenſi. lib. x i. l. i. C. de plus peti.

Verba in dubio, ad boni uiri arbitrium reducuntur. Bar. in l. cùm filius. §. pater. per illum tex. de lega. ij.

Verba in contractibus ad mediocritatem reducuntur. l. ſi quis uenditor. de ædil. edic. Deci. conſil. 430. quod ſuprà. col. i. in fi. uol. iij.

Verba debent intelligi prout melius adaptari poſſunt. Paul. Caſtren. conſil. 374. uiſis. circa fin. uol. i.

Verba contrahentium recipiunt limitationem à diſpoſitione legis. l. quæro. §. inter locatorem. loca. l. quidam cum filium. de ſtipulatio. Alex. conſil. 133. ſuper quæſitis. col. i. uol. v.

Verba ab idiotis & uulgaribus prolata, debent intelligi ſecundum communem uulgi conſuetudinem. l. cùm autem. C. de dona. ante nup. Roma. conſil. iiij.

Quotieſcunq; unum & idem uerbum reperitur enuntiatiuè & diſpoſitiuè prolatum, ad iudicandam eius proprietatem attenditur prolatio diſpoſitiua. l. ij. C. de impub. iunc. l. i. de ſu. & legi. Roma. conſil. iiij.

Verba debent intelligi rebus ſic ſtantibus. gloſ. in uerbo, poteſt. in l. quod Seruius. de conditio. ob cauſam.

Verba materialiter, & groſſo modo prolata, non uitiãt actum. Iaſ. plenè in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. in ij. not. de acqui. hære.

Verba deſeruiunt intentioni. c. ij. requiris. extrà de appella.

Verba in dubio potius modaliter, quàm conditionaliter intelliguntur. l. quæro. §. inter locatorem. loca. Bar. in l.

in l. cùm mota. circa prin. C. de transac.

Verba quæ possunt dupliciter intelligi, debent in humaniorem partem interpretari. l. fin. ubi Bal. C. de commu. ser. manumis.

Verba ideò instituta sunt, non ut per ea se inuicem homines fallant, sed ut eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. c. is autem. 22. quæst. ij. Augustinus.

Veritas, Falsitas, Opinio.

Veritas est certæ rei notitia, habita maximè per uisum. glos. in auth. de instru. cautel. in prin.

Veritas hincinde sæpius agitata, magis elucescit. c. graue. 35. quæst. IX.

Disputando ueritas inuenitur. l. munerũ. §. fin. de mune. & hono.

Veritatis fides, uerborum adminicula non desiderat. l. 1. C. si mi. ab hære. se absti.

Veritas rerum gestarum erroribus non uitiatur. l. illicitas. §. ueritas. de offi. præsid.

Naturæ ueritas imaginibus obumbrari non debet. l. filio quem pater. de lib. & posthum.

Vbi ueritas locum habere potest, cessat fictio. l. nec ei. §. primum. de adoptio.

Non mutat substantiã ueritatis, nõ necessaria uerborum multiplicatio. l. pediculis. §. labeo. de aur. & arg. leg.

De futuris contingentibus non est determinata ueritas. l. si putator. ad l. Aquil. l. uentre. de acquir. hære.

Cursus temporis non mutat substantiam ueritatis. l. sicut falsi. C. ad l. Cor. de fal.

Propter nostrum affirmare uel negare, rei ueritas non mutatur. l. assumptio. ad municipal.

Eius quod multipliciter exponitur, ueritas ignoratur. l. in ambiguo. ubi Bar. de reb. dub. Bal. in l. scire leges. de legi. idem Bal. & Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. in princ. de offi. proconsul. & lega.

Falsitas nihil aliud est quàm immutatio ueritatis. authen. de instru. cautel. & fid. in princ.

Non uidetur omnino falsum, quod iuuatur primordio ueritatis. l. cùm filius. §. hæres. de lega. ij.

Paria sunt falsum exprimere uel supprimere ueritatem. c. super literis. extrà de rescrip. l. 1. in princ. de fal.

Plus ualet quod in ueritate, quàm quod in opinione consistit. §. si quis rem suam. insti. de lega.

In his quæ à solo animo non dependent, magis attenditur ueritas quàm opinio. l. fi. in fi. de cri. expil. hære. l. ij. §. si pupillo. de usucapio. pro empto. Bar. in l. is qui putat. de acqui. hære.

Vehemens opinio consona ueritati, postea apparenti, habetur pro ueritate. glo. sing. in l. si quis extraneus. §. fi. de acquir. hæred. Ancha. notabiliter in consil. stupendo. 349. uiso diligenter. Ias. in l. certũ. si cert. pet.

Quod falsum est nihil est. l. elegãter. §. qui reprobos. de pig. act. glos. in l. ij. in uerbo, non habent. C. de hære.

Mendax precator penitus carere debet impetratis. Vel, Mendacium necat priuilegium. l. penul. C. si contra ius uel util. pub. c. sedes. in fi. extrà de rescrip.

Nimium altercando ueritas amittitur.

Per plures ueritas melius inuenitur. c. per hoc. §. uerùm. ubi

ubi Gemi.de hæreti.in VI.

Finis sciētiæ speculatiuæ est ueritas, practicæ uerò opus. Aristo.ij.metaphy.est suprà.

Figmentum ueritati non præiudicat.l.si ancillam.C.de contrahen.emptio.

Veritas super omnia amanda est.l.cùm ita legatum.de conditio.& demonstra.

Quando ueritas & fictio ad idem concurrunt, ueritas præfertur.l.filio pater.de libe.& posthum.

Qui uerum tacet, falsum committit.l.presbyteri citra.C.de episcop.& cler.

In spiritualibus magis attēditur ueritas quàm fictio.not. Archidia.in c.1.per illum tex.de uot.lib.VI.

Qui ueritatem sequitur, Deum sequitur.c.quisquis.II. quæst.3.

Melius est pro ueritate supplicium pati, quàm pro adulatione beneficiū consequi.c.nemo peritorū.XI.q.iij.

Potius tolerandum est omne scandalum, quàm quòd ueritas relinquatur.c.qui scandalizauerit.de regul.iur. in antiq.

Qui ueritatem liberè non pronuntiat, proditor est ueritatis.c.nolite timere. XI. quæst.iij.

Qui metu alicuius potestatis ueritatē occultat, iram Dei super se prouocat.c.quisquis. XI.quæst.iij.

Quatuor modis ueritas opprimitur, timore, cupiditate, odio, & amore.c.quatuor. XI. quæst.iij.

Acceptio nummorum, præuaricatio ueritatis est.c.qui rectè iudicat. XI.quæst. iij.

Veritas cùm nō defensatur, opprimitur.c.error.83.dist.

Præsumptio legis dicitur esse ueritas.tex.est not.in l.fi. §.fi.& ibi glos.in fin.de proba. quem tex. refert Ias. se didicisse à quodam magno aduocato Papiensi in l.1. C.de mili.testa.

Ad examinandam ueritatem, omnis iure prodita debet admitti probatio.l.nec commissa.C.de libe.cau.

Veritas uulnera patitur, sed non mortem.

Inter amicos sanctius est præferre ueritatem.

Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica Veritas.

Au.Gellius. *Solum tempus parens est ueritatis.*

Voluntas, Mens, Intentio, Propositum.

VOluntas sensibus dominatur, & in actibus humanis primum obtinet locum.l. in conditionibus. ubi docto.in prin.de conditio.& demon.

Sublata de medio uoluntate, omnis actus est indifferens. l.fœdißimam.ubi Bal.C.de adulte.

Voluntas hominis est ambulatoria usq; ad supremum uitæ exitum.l.iiij.de adi. lega.

Voluntas morte finitur.l.iiij.loca.l.cùm hic status.§. fin.de dona.inter uir.& uxo.l.si gratiosè.de rescrip. in VI.

Moriendo quis uelle uidetur.l.uxorem.§.Scæuola.de lega.iij.

Paria sunt aliquid per me fieri, uel per alium mea uoluntate.l.filiofamiliâs.C.de iur.delibe.

Ea quæ uoluntariè gerimus, non extenduntur ultrà, quàm

quàm gerantur. l. cùm te. C. ne uxor pro mari. gl. fi. in l. ſolum. de offi. procu. Cæſa.

Quæ uoluntate noſtra non procedũt actiuè, nec in præiudicium noſtrũ, paßiuè à lege interpretantur. l. ſi miniſterium. ubi Bal. C. de lib. cauſa.

Quod à ſola unius uoluntate dependet, quaſi impoßibile reputatur. l. apud Iulianum. §. conſtat. de leg. 1.

Vltima uoluntas non poteſt ſtare in ſuſpenſo. l. fin. communia prædio.

Poſterior uoluntas attẽdi debet. l. ſi autem. de aqua plu. arcen. l. clari. C. de fideicommiß.

Plenior uoluntas ſeruanda eſt. l. ſi ita ſcriptum. de hære. inſti.

Voluntas coacta, uoluntas eſt, & operatur effectum uoluntatis. l. ſi mulier. §. ſi metu. quod met. cauſa. l. qui ita. in prin. ad Trebel.

Voluntas hominis habetur pro lege. §. diſponat. in auth. de nup.

Nihil magis hominibus debetur, quàm libertas ſupremæ uoluntatis. l. 1. in fin. C. de ſac. ſanct. eccle.

Variæ ſunt hominũ uoluntates. l. quia poterat. ad trebel.

Quicquid fit occaſione alicuius inuoluntarij, inuoluntarium dicitur. l. qui leuandæ ad l. Rhod. de iac.

Ex actu nullo legitur quandoq; uoluntas. l. fi. de reb. eo. l. legatum. §. pater hortos. de adimen. lega.

Voluntariæ neceßitati minimè ſuccurritur. l. ſi fideiuſſor. §. qui neceſſariam. qui ſatiſda. cog.

Nemo uelle uidetur quod non poteſt. l. Lucius. §. imperatores. ad municipa. l. ſi tibi. §. unius. de optio. leg. c.

cùm à nobis. de ſenten. excom.

Velle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno. c. quia diuerſitatem. in princ. ubi gloſ. de conceßio. præben.

Quot capita, tot ſententiæ. c. ſicut in ſacramentis. de conſecra. diſtin. iiij. gloſ. 1. in c. ſuper literis. extrà de reſcript.

Non dicitur nolle qui uelle non poteſt. l. iiij. de acquir. hære. l. pater. in princip. de conditio. & demonſt.

Paria ſunt uoluntatem uerbis, uel facto declarare. l. recuſari. ubi gloſ. de acquir. hære. l. de quibus. de legi. l. Paulus. rem rat. habe.

Qui uult unum, cenſetur uelle omne aliud, ſine quo illud eſſe non poteſt. Vel, Qui uult conſequens, uidetur uelle omne neceſſarium antecedens. l. illud. de acquir. hære. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procurato. l. denique. §. interdum. de pecul. lega. Fallit ubi antecedens tacitè induci non poteſt. l. hæreditas ad Statium. de hæred. inſti.

Bona uoluntas pro facto reputatur. l. ſi quis in teſtamento. & l. uter. in fin. de conditio. inſtitu.

In maleficijs uoluntas ſpectatur, non exitus. l. diuus. ad l. Cor. de ſica.

In maleficijs ſi factum excedat uoluntatem, attenditur factum non uoluntas. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. ad leg. Aquil. l. qui ſaccum. de furt.

Eadem ſeueritate uoluntatem ſceleris, qua effectum puniri, iura conſtituunt. l. quiſquis. in princ. ad leg. Iul. maieſta. l. is qui cum telo. ad l. Cor. de ſica. l. ſi quis nõ dicam. C. de epiſcop. & cler.

Volun

Voluntas & propositum distinguūt maleficia. l. qui iniuriæ. & in l. uerum est. de furt.

Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes. l. 1. ubi gl. & docto. C. ad l. cornel. de sica.

Effectus contingens præter intentionem agentis, non consideratur. l. qui foueas. & l. si putator. ad l. aquil. l. ij. in fi. de conditio. & demonstra.

Ea quæ sunt uoluntatis, à persona non separātur. l. iiij. loca. c. si gratiosè. de rescrip. in VI. Ange. in l. illa institutio. de hære. instituen.

Quæ ab initio sunt uoluntatis, ex post facto sunt necessitatis. l. sicut. C. de actio. & obligatio.

Propositum in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. de conditio. ob cau. l. cùm in plures. §. locator. loca. sed non probat.

Ei qui suæ mentis non est, culpa imputari non potest. l. sed & si. §. 1. ad l. aquil.

Vbi mens est certa, de uerbis non curatur. l. 3. C. de lib. præte. l. non aliter. de lega. 3.

Mens est potentior uerbis. l. labeo. in fi. de supel. lega.

Nullum maius est mētis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta uerborum. Bal. in c. 1. extrà de testi.

Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. l. fi. §. fi. de lega. ij. l. qui quartam. de lega. 1. l. si ut proponis. ij. C. de nup. l. si ex toto. in princ. de lega. 1.

Sapientis est in melius mutare propositū. l. nonnūquam. ubi glos. de colla. bono. insti. de lega. in princ. & ibi Angel. Aret.

Voluntas intelligitur cum effectu.l.si constiterit. ubi gl. fin.regundo.

Voluntas post mortem non renascitur.l.1.in fin.C. de sac.san.eccle.docto.in l.centurio.de uulga.

Malus euentus bonæ intentioni minimè imputatur.c.de occidendo.23.quest.5.c.illa.15.quæst.1.

Qualitas actus agentis intentionem demonstrat.l.non co dicillum.C.de testamen.

Qualis est actus, talis præsumitur animus.l. si non conuitij.C.de iniur.

Actus sequens, præcedentem intentionem declarat.§. pauonum.insti.de re.diuisio.

In omnibus ab animo dependentibus, magis attenditur intentio, quàm factum.l.etiam.§.1.ubi Bal.& Alex.in 4.not.solu.mat.l.1.§.diuus.de sica.

Vbicunq; aliquid potest fieri duplici intentione, probatur intentio per sacramentum. Bal.in l.atqui natura.§. cùm me absente.de neg.gest.quia in consistentibus in animo, statur assertioni alicuius cum iuramento.gl.in §.aliæ.insti.de actio.

Propter nimiam uerborum subtilitatem, latitudo uoluntatis impediri non debet.l.uni. in fin. C.ut actio.ab hære.

Voluntaria conditio non extenditur, sed formaliter est adimplēda.l.meuius.& l.qui hæredi.de cond.& demon. Bart.& doc.in l.gallus.§.& quid si tantum.de lib.& posthu.

Verbum uolo, est fons & radix omnium actuum, & dispositionum. Alex.consil.190.plura narrata.uol.6.

doc.

doc. in l. 1. in prin. C. de sum. trini.

Verbum uolo est ab omni necessitate abstractum, & regulis iuris non submissum. l. ante litem. de pecul.

Verbum uolo, denotat adeò liberum arbitrium, quòd quis potest præferre iniquũ æquo. l. fideicommissa. §. quanquàm. de lega. 3.

Verbum uolo, in principe habet uim legis, & rationis. §. sed quod principi. insti. de iure natur.

Necessitas non habet meritum, sed uoluntas. Bald. in l. ex placito. col. 3. de re. permu.

In præiudicium tertij, uoluntas mutari non potest. l. quæsitum. de ser. exportan.

Ex sola uoluntate, tacita uel expressa, concurrente potẽtia, inducitur actus. c. cum super. de off. deleg. Ias. in l. barbarius. circa prim. uersic. item potes. de off. præt.

Qui non uult quando potest, consequens est, ut cùm uelit non possit. l. multum interest. C. si quis alt. uel sibi. l. quod sponsæ. C. de dona. ante nupt.

Inanis est uoluntas nisi adsit potentia. l. nolle adire. & ibi not. Alex. in prin. de acqui. hære. l. pater seuerinam. in prin. de condi. & demon.

Voluntas alicuius talis esse præsumitur, qualis esse debet. Bal. in l. 1. in 5. col. C. de sacro. eccl.

Actibus in cunctis dominatur sola uoluntas.

Vltimum, Extremum.

VLtimum terribilium mors. l. ultimum. de pœnis. Vltima derogant primis. l. pacta nouissima. C. de pac. l. si mihi. §. in legatis. de lega. 1.

Vltima

Vltima uoluntas est ambulatoria, & reuocabilis. l. iiij. de adimen. lega.

Vltima opinio in dubio censetur approbata. l. qui filium. §. sabinus. ubi glo. ord. ad trebell.

Vltimum uerbum præualet. l. stichus, imò Pamphilus. de manu. testa.

Vltima mora nocet. l. illud de peric. & commo, rei uend.

Vltimo substituens cæteros onerasse non intelligitur. l. uel singulis. de uulga.

Vltimus dies termini, totus debitori conceditur. §. omnis. inst. de uerbo. obligatio.

Vltimus soluens solutum repetit. l. cùm duo. ubi Bart. de condictio. indeb.

Vltimo loco dicta magis inhærent memoriæ. Specula. ti. de disput. §. post hoc autem. in fin.

ACCESSIT uobis (ornatißimi iuuenes) hic secundus liber præter intentionem quidem, cùm (ut initio testati sumus) nihil præ se ferat ingenij, laboris uerò permodicum. At uerò non negligenda utilitas inde proditura est, si cui uobis usui esse poßint præscripta axiomata, ex nostro præcepto didiceritis. Nempè eorum maior pars, non ex uerbis, sed ex mente legum deprompta inuenietur. Próinde uestrum erit studium, singulo quoque die sex, aut decẽ menti, intellectuiq́; affigere, nec tamen sola memoria contenti esse, sed leges ipsas diligenter excutere, ut quo'nam pacto à doctoribus inductæ fuerunt subtiliter perpendatis. Quòd si ex diurno studio, unius tantum legis mentem assecuti fueritis, non omnino uobis ea dies perierit. Quippè nullam artem numero, uel

uel quantitate metimur, sed modo: omnisq; disciplinæ apprehensio, non laboris quidem, sed ingenij officium desiderat. Quamobrem ille sciat omnes se leges facilè tractaturum, qui unam tantùm bene pertractare didicerit.

Matthæi Gribaldi Iurisconsulti Cheriani,

DE RATIONE STVDENDI,

LIBER TERTIVS.



IRABITVR fortaßè quispiam, quorsum liber hic extra propositã materiam inseratur: quasi nihil commune habeant Musæ cum legibus. Verùm non alienum ab instituto nostro fore comperiet, si aliquot difficiliũ legum interpretationẽ, me uersibus explicasse cognouerit, ut in hac quoq; parte multorũ desiderijs satisfacerem, & honesti otij, ac recreationis exemplum darem. Nempè cùm in superioribus libris, nonnunquàm à seueris legum studijs ad leniora exercitia animi gratiâ diuerticulum fieri concesserimus, nullũ suauius aut delectabilius bonarum literarum amatori otium esse perpendimus, quàm Musarum dulce commercium. Nec opponat aliquis oratorum libros potius eligendos, ex quibus fluentem illam, uelut ex lacteo quodam fonte, eloquen

quentiam haurire, atque imbibere liceat, quandoquidem hoc ipsum non extra Iurisconsultorũ limina quærẽdum est. Neq; *enim aliunde id petendũ uidetur, quo nostris in penetralibus maxime abũdamus*. Quid, *quæso, prudentũ respõsis purius, tersius, aut elegãtius? quid maturius, grauius, aut diuinius?* Sed *de his satis suprà tractatum est*. At *uix potest* (inquies) *eloquẽtia cum breuitate esse coniuncta*. Et quid C. *Cæsaris stilo uehementius?* quid Brutorum *laconismo eloquentius?* Quinimò *hoc ipsum magnoperè suadet, ac delectat, quod ab omni tædio remotum est*. Proinde *nihil omnino auditorum animis magis insidere, nihilq; ad instillandam auribus disciplinam utilius præsentiusue esse putamus, quàm elegantem breuitatem*. Postquàm *igitur & leges ipsæ elegantiam redolent, & oratorum loco* Caios, Celsos, Marcellos, Pomponios, Paulos, Vlpianosq; *nostros habere possumus, quorum lucubrationibus, & monumentis continuã operam demus, non absurdũ fuerit ad amœnißimos* Thespiadûm *colles quandoque diuertere, & lympidißimis* Caballini *fontis laticibus sitientia labra proluere: quod quidem à nonnullis maioribus nostris factitatum, atq; obseruatum fuisse legimus*. Nam & Sabinum, Paulum, Vlpianum, *ac plerosq; iurisconsultorum*, Homero, Virgilioq; *poëtarum coryphæis, familiares admodũ fuisse constat*. Herennium *quoque* Modestinum, *non modò poëtarum lusibus magnoperè oblectatum, uerùm & eleganter ipsum uersibus scripsisse, argumento sunt epitomæ illæ in singulos* Virgilij *libros conscriptæ, quibus nihil sanè uenustius, aut elegantius dari potest*. Sed & Caium

iuriscon

iuriſconſultum, Muſarum minimè expertem fuiſſe didicimus. Nanq; inter cætera quærenti: An fructus pendentes, unà cum ipſo fundo, actione unica uendicare liceret, monoſticho dubium abſoluit:

Fructus pendentes fundi pars eſſe uidentur.

Quòd ſi carmen edere non ſtatuiſſet, breuius utique reſpondiſſet: fructus pendentes fundi partem eſſe. Cinum prætereà Piſtorienſem, legum interpretem celeberrimum, à quo Bartolum plerunque ſolidas ac perfectas theoricas hauſiſſe uidemus, amatorios uerſus, ſed tum materna, tum Latia lingua belliſsimè luſiſſe nemini obſcurũ eſt. Sed quid fuſius maiorum exempla excutimus? Num ſingulare nobis hodie argumentum præbet, uir ille nunquam ſatis laudatus Andreas Alciatus, qui & Solonem Apollini, & Muſas legibus ita conciliare facilè nouit, ut uel ipſum Modeſtinum in utroque genere præcellere non immeritò uideatur? Quamobrem uiſum fuit & hoc loco iuuenes admonere, ne (ſi quando per otium Muſis uacare libeat) obſcœnis, aut famoſis carminibus ingeniũ, ſtilumq́; fatigent: ſed noſtro magis exemplo excitati, aliquod honeſtum & laudabile poëma meditentur: quale eſſet, uel Veteris aut Noui Teſtamenti ſententias, præceptaq́;, & hiſtorias perſtringere, uel prudentum, aut Cæſarum reſponſa uerſibus explicare. Quod & à nobis aliquando factum, obſeruatumq́; fuiſſe, poſtremus hic liber facilè indicabit.

DOMITIANVS Vlpian. in tit. de iuriſdit. om. iud. lib. Digeſt. ſecundo.

Imperium aut merum, aut miſtum eſt. Merum Imperium

rium est, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines: quod etiam potestas appellatur. Mistum Imperium est, cui etiã iurisdictio inest, quod in danda bonorum possesione cõsistit. Iurisdictio est etiam in iudicis dandi licentia.

¶ Diuisio & diffinitio Imperij.

Sunt geminæ imperij species, mistumq; merumq;.
Dicitur esse merum imperium, quod nobile semper
Officium, utilitasq; exercet publica: misto
Nobileq; officium, priuataq; commoda subsunt.

Bart. in hac l. imperiũ. & communiter doct.

GRADVS & effectus meri imperii MAXIMVS.

Maximus imperij gradus est, generale potentûm
Cogere consilium,[a] & generales condere leges[b],
Indulgere reis,[c] signatos cudere nummos[d].
Hunc superillustres soli dicuntur habere.

MAIOR & MAGNVS.

Maiores tenet ille gradus, cui uindice pœna[e]
Aut naturalem, aut ciuilem[f] tollere uitam,
Corporeumq;[g] reo licitum est abscindere membrum,
Necnon perpetuis damnatum ascribere remis:
Aut ciuem exilio quem deportare[h] perenni,
Carceris æterni uel condemnare[i] latebris.
Hanc præses nullus[k] potis est imponere pœnam.

PARVVS GRADVS.

Exercet[l] paruum imperium quicunq; relegat,

a xvij. distin. per tot.
b l. j. de cõsti. prin. & l. nõ ambigitur. de legi.
c l. ij. & fi. C. de gene. abolitio.
d l. ij. C. de falsa mone.
e dicta l. imperium.
f l. illicitas. §. qui vniuersas. de offi. præsidis.
g auth. de collato. §. ad hoc prohibemus.
h l. aut damnum. §. præfecto plane vrbis. de pœn. & l. inter pœnas. de interdic. & relega.
i Bart. in l. ij. de publ. iud.
k l. ij. §. constat. de pœn.
l l. nulli. iunc. gl. C. de senten. & interlocut.

Banni

Bannitumq́; [a] *iubet patria decedere terra:*
Compulit ut uictum Ciceronem Clodius olim.
Huius item imperij est (quanquã exploranda [b] *per illam*
Crimina sunt potius)torturæ [c] *infligere pœnam,*
Afficere [d] *aut grauiter corpus cuiusque nocentis*
Fuste,uelut multò duris,uel cædere flagris.
Imperij nequeunt [e] *species legarier istæ.*

MINOR GRADVS.

Imperium minus est,modico pro crimine corpus
Castigare parum, [f] *atq; leues cognoscere noxas.* [g]
Iure magistratus cunctis hic competit actus
Iudicibus, [h] *speciem nec parua coërtio per se*
Efficit,ut doctor post glossam sensit Arena.

MINIMVS GRADVS.

Imperij minimi esse leues [i] *imponere mulctas*
Proditur,hosq́; gradus legari [k] *posse fatendum est*
Iure magistratus,quoniam constare probantur.

MAXIMVS gradus misti Imperii.

Imperij totidem misti,iam sæpe receptum est,
Esse gradus,quorum supremus principe solo
Dignatur:ueluti [l] *ueniam concedere fictæ*
Aetatis,natumq́; patri in sua iura roganti
Annuere, [m] *& labem geniture auferre pudendæ,*
Legitimosq́; suo rescripto [n] *reddere partus.*

MAIOR GRADVS.

Maior item gradus est de se cognoscere posse,
Seu [o] *cùm præfecto à summo sententia dicta,*

a l.inter pœnas.§.decuriones.de interdict.
b l.j.de quæstio.
c auth.de testi.§.si vero ignoti.
d l.si qd erit.de offi.proconsul.
e l.j.§.q mandatã.de offcius.iunc.l.solet.de off.proconsul.
f l.magistratibus.de iurisdi.om.iudi.
g l.leuia.de accusatio.
h Auth.de defenso.ciuit.§.audient.
i l.eos.C.de modo mulcta.& l.ij.C.de sportu.
k l.j.in prin.de offi.eius cui manda.
l l.ij.C.de his qui veni.æta.impe.
m l.ij.de adoptio.
n Auth.quib.mo.natu.effic.sui.§.illud.
o Authẽ.quæ supplicatio.C.de preci.impe.offe.l.j.& ij.C.quando libel.princ.dat.l.j.C.de offic.præfect.præto.orien.

Eiusdem imperio rursum excutienda refertur.
Nanq; ab eo nulli licet appellare,[a] *sed altum,*
Porrectus iterum precibus,[b] *tentare tribunal.*
Hunc princeps soli Præfecto indulsit honorem.

MAGNVS GRADVS.

Tertius imperij misti gradus adnumeratur,
Quem magnum dicunt, plenæ cùm causa requirit
Cognitionis opus, uel si qua coërtio rerum,
Personæ'ue cadit priuata ad commoda tantum.
Vt cùm aliquem Præses, seu Prætor in integra iura
Restituit,[c] *uel decreti uirtute secundi*
Quem possessorem statuit,[d] *spoliat'ue tenentem,*
Ipsa re expellens,[e] *legari haud talia possunt*[f]
Iure magistratus, quia non dicuntur haberi.
Sanè illo casu[g] *gradus hic mandabilis est, cùm*
Restitui poscunt se in pristina iura minores.
Nam fauor hic[h] *iuuenum teneris conceditur annis:*
Consilio ac fragili, quoniam subiecta[i] *putatur*
Multorum insidijs, uarijsq; hæc fraudibus ætas.

PARVVS GRADVS.

Consequitur paruus quarto gradus ordine misti
Imperij, quoties[k] *adhiberi plena iubetur*
Causæ cognitio, sed quæq; coërtio[l] *cessat:*
Vt quando rerum possessio[m] *traditur ulli*
Ius tribuens: uel cùm iudex pronuntiat esse
Quem possessorem[n] *statuendum iure secundi*
Decreti: uel cum celebrandis actibus ultrò

a l.vni.de of. præfe.præ.
b l.vni.C.de sent.præfe.præto.
Bar. in d. l.imperiũ. col.iij.
c l.ea quæ.ad municip.
d l.iubere.de iurisdi.om.iudi.& l.si quis missus.iunc.glo.ne vis fi.ei.& l.si finita.§.Iulianus.de dam.infec.
e l.qui restituere.de rei vend.
f l.cum hi.§.sed nec mãdare.de trã factio.
g l.fin.C.vbi et apd' quẽ.
h l.j.de min.
i l.minorib⁹.la.j.C.de in integ.resti.mi.et l.si.C.si aduer.vẽ.
k l.nec quicquam.§.j.de offi.proconsul.& l.omnia.de regu.iur.
l l.iiij.§.j.de dam.infec.
m l.iij.§.penult.de bono.possess.
n d.l.iubere.de iurisdi.om.iu.& d.l.iiij.§.duas.de dam.infec.

Se authorem præstat, decretumq́;[a] inserit illis.
Mandari hæc pariter nequeunt,[b] quia non tribuuntur
Iure magistratus. uerùm hæc sententia fallit
In dando tutore:[c] fauor nanque exigit istud
Pupillaris, ut hic fiat mandabilis actus.

MINOR GRADVS.

In quinto sunt cuncta gradu quæ iudicis alto
Tractari officio, sed summatim, ac leuiore
Cognitione solent: mandari[d] & talia possunt.

MINIMVS GRADVS.

Denique sunt minimi imperij, quæcunque soluto
Officio, & causæ sine cognitione,[e] locisq́;
Explicat in cunctis priuata ad commoda iudex.
Vt cùm se authorem domino concedit, amœna
Libertate[f] suum seruum donare uolenti:
Seu quoties[g] genitor natum ditione paterna
Liberat, aut fictam[h] prolem sibi quærit adoptans.
Hæc ius dicenti species quoque competit omni
Iure magistratus, ideò[i] mandabilis extat.
Quòd uerò mistum suprà non posse relatum est
Mandari[k] imperium: fallit[l] cùm iudicis urgens
Causa subest animo, uel iusta absentia poscit.
Præterea fallit[m] supremo in principe, solus
Qui imperij mandare potest cuiusque uigorem,
Cum sit supra omnes, atque omni lege solutus.[n]

a l.j.& l. minorũ. C. de pręd.mino. & l.ij.de offic. eius cui manda.
b d.l. nec qcquã. §.j. & d.l.ij.de offic.eius.
c l. lucius titius curator. §. cum test. de admi.tuto.
d l. cognitio. §.si.de offi. eius cui mãda. Bart. in d.l. imperiũ. col.fin.
e l.ij.C.de magi. mu.l. vni.C.de off. iudi. Alex. §. nulla. in auth.de defen.ciui.
f l.vni.de of. consul.
g §. sed emãcipatio. insti.qb.mod. ius pat.po. & l. magistratum. de adoptio.
h dicta l.ij.de adoptio.
i glo.ij.in fi. in l.ij.de offic.eius.
k l.solet. & l.nec quicquam. §.j.de offi.proconsu.l.ij.C.de peda.iud.
l l.aliquando.de offic.proconsul. & l.j.in princ.de offi.eius.
m l.vni.in fin.C.qui pro sua iurisdi.
n l.princeps. de legi.l.digna vox.C.eod.titu.

MAXIMVS Iurisdictionis gradus.

Nunc iurisdictio præscripto ex ordine simplex
Pertractanda subit: totidem dicuntur & illi
Esse gradus, quorum censetur maximus, in quo
Res præiudicij summi uersantur, ut omnes
Causæ, quæ statum[a] ac personæ conditionem
Respiciunt: ueluti[b] si quisquam se neget esse
Seruum, aut libertum, ingenui, ac natalis honorem
Vendicet, & quanquam officium seruile requirit.
Maximus hic gradus, & priuata ad commoda tendit.
Non nisi iudicibus summis[c] permittitur eius
Cognitio, & nulli penitus mandabilis extat.

MAIOR GRADVS.

Maior item gradus est, quoties sententia lata
Aeris defectu cruciatum corporis[d] affert.
Nam luit[e] in corpus quisquis non poßidet æra.
Hac ratione igitur mandari[f] posse negatur.

MAGNVS GRADVS.

Tertius inde gradus tractatur, quando ualoris
Auri tercentûm solidorum[g] est causa, uel ultra.
Iudicibus tantum species maioribus ista
Competit,[h] atque alij non est mandabilis usque,
Ni gemino in casu, uel quando absentia[i] primi
Iudicis exposcit, uel cùm grauis occupat illum
Causarum numerus,[k] ne omnes cognoscere poßit.
Quod nulli imperio[l] concessum iure uidemus,
Causarum ut cumulus facere id mandabile poßit.

PARVVS GRADVS.

Hinc iurisdictio parua est, quæ uertitur intra

a l. libertas. de regu. iu.
b l. liberis. §. fi. de li. cau. l. vis ei⁹. C. de prob. §. præiudiciales. insti. de actio.
c l. placet. la j. C. de peda. iud. l. iā dudum. C. vbi cau. sta. agit. l. si pater. C. ne de sta. defūcto.
d l. quicunq;. C. de ser. fugi. l. si quis iniuriam. de in ius vocā.
e l. fi. de in ius vocand.
f d. l. placet. C. de peda. iudi.
g Auth. de defenso. ciuit. §. & iudicare.
h Bar. in d. l. imperiū. colum. fin.
i l. j. in prin. de off. eius. l. aliquādo. de offi. proconsul.
k auth. vt defunct. seu funera. eo. §. illud.
l l. ij. C. de peda. iudi.

Tercen

Tercentûm solidos,[a] & plenam cognitionem
Exigit: hæc [b] paßim cunctis mandabilis extat.

MINOR ET MINIMVS.

Inde minor, minimusq; gradus simul ambo sequuntur
Conditione pares, quibus omnis causa[c] remissa
Ponderis exigui, solidos quæ excedere centum
Nesciat. his gradibus si pleni congruus ordo
Iudicij, si cuncta fori præcepta darentur,
Longè plura forent litis impendia,[d] causæ
Quàm ualor euictæ, & damni plus inde rediret.
His igitur causis[e] Iudex procedere debet
Summatim, & tales[f] legandi est ampla facultas.

GRADVS dignitatum.

Est quoque bis geminus uario splendore nitentûm
Ordo uirûm: superillustris[g] primum eminet, omneis
Transcenditq; gradus: tali fulsere decore
Romani quondam Reges, tum Consul[h] uterque,
Necnon semestri cum Dictatore[i] Senatus.[k]
Nunc fulgent Papa & Cæsar, Regesq; supremi,
Vnde[l] magistratus cuncti fluxere per orbem.

ILLVSTRES.

Mox gradus illustris[m] sequitur, cui maxima nutu
Principis excelsi legitur collata potestas.
Hunc meruere[n] gradum maior Præfectus, & urbi,

a d. §. & iudicare. in authen. de defenso. ciui.
b Bar. in d. l. imperium. in fin.
c Authē. nisi breues. C. de sent. ex breui. recitan. §. audient. in authen. de defenso. ciuit.
d Auth. de iudici. §. ne autē. l. mediterraneę. C. de anno. & trib. lib. x.
e Authen. de mādа. princi. §. sit tibi quoque.
f l. fina. C. de ped. iud.

Superillustres.

g Auth. vt ab illustri. & q sup eā dign.
h Authen. de consuli. in princ. l. cos. §. i. iun. gl. C. de vsu.
i l. vni. de off. præf. præt.

k l. ius senatorum. C. de dig. lib. xij.
l c. vni. in princ. quis dica. dux, com. vel march. in vsib. feudo.
m d. authen. vt ab illustri. l. quoties. C. de dign. lib. xij. l. fin. vt dign. ord. ser. eod. libr.
n Authen. de appel. & intra quæ tempo. §. illo. l. præcipimus. C. de appel. l. fin. §. pen. C. de assesso.

Quæstores,[a] *rerum Comites, Equitumq́; magistri.*
At postquàm imperium Cæsar sibi uindicat omne,
Cessarunt Dictatores,[b] *Equitumq́; magistri,*
In quorum subiere locum Prætoria habentes
Præfecti,[c] *quorum fuerat tam lata potestas,*
Vt leges possent inducere principis instar,
Vt nec ab illorum sede appellare liceret.

SPECTABILES.

Tertius inde gradus spectabilis[d] *esse probatur*
Quo fulgent uigilum Præfectus, Prætor & urbis,
Proconsulq́;,[e] *timet cuius Prouincia fasces.*

CLARISSIMI.

Cunctorum extremus graduum clarißimus[f] *extat.*
Hunc omnis retinet Præses[g] *Proconsulis, atque*
Legatus,[h] *Doctorq́; legens,*[i] *& quisque Senator.*[k]
Nam superillustrem[l] *constet licet esse Senatum,*
Ordo Senatorem tantum clarißimus[m] *ornat.*
Nonnunquàm & Prætor clarißimus ipse uocatur.

EGREGII.

Nonnulli uoluere gradum superaddere quintum,
Vnde magistratus quisque infimus haurit honorem,
Egregiusq́;[n] *potest dici, defensor ut urbis*
Subiectæ, imperioq́; carentis, municipum'ue.
Quatuor[o] *Imperium primi, mistumq́;, merumq́;*
Exercere gradus possunt: uerum ultimus omni

a l.fi.in fin.C. vt digni. ordo seru.lib. xij.l.j.C.de offic. magi. milit.
b l. ij.§. post deinde. de orig.iu.
c l.vni.de offic. præfect. præto.
d l.iij.in princi.de of.præfect.vig.authē. de app. & intra quę tēpo. §.simili〈que〉 modo.
e l.j.& fin.de offi. procōsul.& lega.
f l.fin. §.viri quo〈que〉. C.ad l.Iul. de vi publi.
g §. fi. in pē. digestorū.
h l.diui. in fi. prin.de iur. patro.
i l.fœminæ. de senato.
k l. ius senatorum. C. de dig. lib.12.
l l.si senator. eo.ti.et l.ij. §.fin.C. de his qui veni.æta.
m l.j.C.si aduers.credi.
n glo.in authen.vt ab illustri.in verbo,post. Bar.in l.j.in prin.de offic.eius.
o l.illicitas.§.qui vniuersas.de offic.præsid. Bart.in l.j.in princip. de offic. eius.

Imperio[a] uacat, & iurisditionis honore
Contentus solo, priuata[b] negotia curat.

a d. l. imperium. in fin. vbi Barto.
b Authen. de defenso. ciuita. §. audient. & §. iudicare.

SEXTVS Aphricanus lib. XII. Digestorum, de condic. indebi.

FRater à fratre, cùm in eiusdem patris potestate essent, pecuniam mutuatus, post mortem patris ei soluit. Quæsitum est, an repetere posßit? Respondi, utique quidem pro ea parte qua ipse patri hæres extitisset repetiturum: pro ea uerò qua frater hæres extiterit, ita repetiturum si non minus ex peculio suo ad fratrem peruenisset. Naturalem enim obligationem, quæ fuisset hoc ipso, sublatam uideri, quòd peculij partem frater sit consecutus.

¶ Tractabant gemini diuersa peculia fratres
Diuisim, eiusdem patris in ditione manentes.
A fratre alter egens uiginti mutua sumpsit.
Hinc naturalis contracta est actio tantum
Mox quæsita patri (ciuilem nanque potestas
Patria non recipit) defuncto exinde parente,
Partitisq; bonis inter se æqualiter eius.
Alter germano quæ mutua sumpserat æra
Vltrò persoluit, credens se iure teneri.
Quæritur: an summam condicere posßit eandem?
Et certè dubium non est condicere posse,
Pro qua parte suo fuit hæres ipse parenti.
Nam quoties nummos credenti debitor hæres
Efficitur (fieri[c] quoniam sibi creditor ipsi
Nemo potest) subitò confunditur actio nata.

c l. Vranius. in princi. de fideiuf. l. debitori. C. de pact.

Filius ergo patri ſuccedens, iura paterna
Pro ſemiſſe capit, ſummamq; à fratre receptam
Pro parte extinguit, ſolum pars altera reſtat
Debita germano: uerùm hanc condicere frater
Sic poterit, ſi non minus illi in parte peculi
Ceſſerit. eſt ſiquidem talis natura[a] peculi,
Vt ſua quæq; ferat lucra, atque incommoda ſecum,
Omniaq; ex illo perſolui debita poßint.
Fratri igitur nummos qui credidit, æqua peculi
Si pars obuenit, ſublata eſt actio tota.
Proinde liquet nummos condici poſſe ſolutos.

a Gloſ. in l. j. §. j. ſi pars hęredi. pet.

SEXTVS Aphricanus Lib. XXVIII. Digeſtorum, de lib. & poſthu.

SI filius hæres inſtitutus ſit omiſſo poſthumo, filioq; ſubſtitutus nepos ex eo ſit, ſi interim moriatur filius, poſthumo non nato, nepotem tam patri quàm auo ſuum hæredem futurum. Quòd ſi nemo filio ſubſtitutus, & ſolus ipſe inſtitutus ſit, tunc (quia eo tempore quo is moritur, certum incipit eſſe neminem ex eo teſtamento hæredem fore) ipſe filius inteſtato patri hæres exiſtet: ſicut euenire ſolet, cùm ſub ea conditione quæ in ipſius poteſtate erit, filius hæres inſtitutus, priuſquàm ei pareret, moriatur.

¶ *Inſtituit natum genitor, natoq; nepotem*
Subſtituit, grauidamq; ignarus coniugis aluum
Præterijt: pendente utero fata ultima obiuit
Filius, inde uxor miſerum proiecit abortum.
Quippe nepos patri ſuus hæres fiet, auoq;.

Si

Si uerò natum solum scripsisset, & illi
Defecto nullum testator substituisset,
Tunc (quoniam hæredem, moritur cùm filius, illo
Ex testamento nullum fore nascitur) idem
Patri intestato suus hæres efficietur:
Non aliter quàm si sub conditione uocatus
(Quæ nequeat quouis momento implerier) ante
Implementum eius uitales deserat auras:
Clarius ut docuit præceptor Papinianus.
Doctores hac lege notant, ratione nepotis
Suffecti natum iura amisisse suorum.
Quod temerè est dictum. nam casu filius isto
Non potuit suus esse patri, quia posthumus in spe
Rumpendi elogium suberat, fratremq; uetabat
Ex testamento interea succedere patri,
Papinianus uti prolata lege notauit.

SERBIDIVS Scæuola lib. XXVIII. Digest. in formulam Galli, tit. de libe. & posthu.

GAllus Aquilius sic posse institui posthumos nepotes induxit: Si filius meus uiuo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis post mortẽ meam decem mensibus proximis quibus filius meus morietur, natus, natá'ue erit, hæredes sunto.

¶ Posthumus antè nepos, bissenæ iure tabellæ,
Institui nullus poterat, nisi prima paterno
Quem sedes iungebat auo, & qui tempore scripti
Elogij natus, tenuisset iura suorum.
Gallus[a] *at insignis Romanæ stirpis amator,* a
Antiqui nimium legis mollire rigorem

Non ueritus(cùm sæpe foret rumpenda uoluntas
Vltima testantis nato post fata nepote,
Elogij quamuis non esset tempore primus)
Induxit pariter non natos posse nepotes
Institui, formamq; dedit testantibus istam:
Si meus intereat uiuo me filius, esto
Tunc quicunq; mihi mea post nascetur ab illo
Fata nepos, neptis ue, intra bis quinq; propinquos
A fili interitu menses, successor & hæres.

APPENDIX.

Doctores hic summa capit discordia nostros
Quæ fuerit legis ratio, qua posthumus hæres
Institui nullus posset, nisi qui suus esset.
Et sanè illorum mihi crebrior esse uidetur
Assensus:[a] *quoniam persona incerta putatur*
Posthumus: incertis igitur nihil posse relinqui
Personis cautum fuerat.[b] *sententia uerum*
Tantorum licet ista patrum sit firma: probari
Quippe mihi nunquam potuit, nec tuta uideri.
Incertas etenim personas dicimus,[c] *ullo*
Quæ nequeunt signo monstrari, aut nomine certo.
Vt qui primus erit Consul, qui primus in hostem
Irruet, aut primus Capitolia celsa tenebit.
Talibus haud olim poterant legata relinqui.
Sed nec iure nouo possunt,[d] *cùm prorsus in illis*
Incerto testans animo uersetur: at omnis
Posthumus ad certum signum restringitur, ut qui
Ex Seia[e] *natus fuerit, uel coniunge tali.*
Quippe nec incertæ libertas competit ulli

a Paulus, Rapha. Imol. Alex. Soci. Ias. & moderniores.
b §. incertis. insti. de leg.
c §. incerta. insti. de leg.
d l. id quod. arguendo à speciali. C. de episc. & cler.
e l. iij. §. nominatim. de insti. test.

Per

Personæ,[a] *quoniam manifesto nomine seruos*
Dimitti placuit: tamen illam posthumus isto
Seruus iure capit,[b] *certo quia nomine, claro*
Distinguiq; potest signo.[c] *Concludimus ergo*
Posthumum ab incertis personis esse remotum.
Veram autem legis rationem credimus esse,
Pro nihilo: quoniam non natos priscus habebat
Ille rigor, miseris ut nec legare liceret,
Nec libertates concedere:[d] *próinde (receptis*
Ne paßim uallanda modis, suprema uoluntas
Ponderis immensi confecta negotia claudens.
Non nati hæredis dubio penderet ab ortu,
Cùm testamenti[e] *caput, atq; columna sit hæres.)*
Hæredes solum natos[f] *lex posse uocari*
Permisit, ualida ut basi consisteret actus:
Nam non ente[g] *super sumptu ædificamus inani,*
Et fundamento positum sine corruit omne.
Consonat his belle, domini quòd seruus & olim
Non nati institui poterat,[h] *quia legis in illo*
Cessabat ratio, dominum quæ sola uetabat.
Et si opponatur: suus ergo posthumus ista
Debuit haud olim pariter ratione uocari.
In promptu causa est: siquidem suus esse parenti
Posthumus (in lucem ueniens) quicunq; solebat,
Præteritum sese inueniens, rupißet iniquè
Elogium patris, uel aui nil tale merentis.
Nam legi potuisset auus genitor´ue rigorem
Obijcere iniustum, si quos non scribere possent
Hæredes, neq; præteritos impunè liceret

Elo

a §. libertas. inst. de leg.

Cōclusio.

b l. Cum iter. C. de fideic. liberta.

c d. l. iij. §. nominatim. de iniust. testa.

d §. posthumo. insti. de leg.

e §. ante hæredis. insti. de leg.

f Infrà ca. l. §. ille casꝰ.

g l. egi tecū. & ibi Paul. de Castr. de excep. rei iudic.

h l. eius seruum. de hæred. inst.

Elogijs habuisse suis: suus ergo uocari
Posthumus hac solus potuit ratione, quòd illo
Præterito iniustè, & sine culpa scripta perissent
Testamenta patrum, reliquos ea causa nepotes
Inferiore gradu extantes, nondumq; subortos.
Non ita suadebat scribi debere parentum
Elogijs, nec enim rumpendi iura tenebant.
Sic igitur docti constat iam formula Galli.

QVIDAM RECTE.

Quidam etiam rectè institui uoluere nepotes,
Si de morte nihil fili quis dixerit, illos
Simpliciter tantum instituens, talisq; uoluntas
In casu ualeat, qui ex uerbis concipiatur.

IDEM CREDENDVM.

Credendum est pariter Gallum (dum exempla nepotis
Tradidit) & pronepotem etiam complexier eius
Consilio uoluisse. igitur sic dicere phas est:
Si uiuente nepos me prædecedat, ab illo
Tunc quicunq; mihi pronepos, & cætera. sed tu
Obserua id, quoties iam filius ipse priori
Pulsus sede foret, sublatus & ante nepotem.
Quòd si fortè nepos desit, solusq; supersit
Filius, & pronepos nasci speratur ab ipso
Defuncto, his poterit proauus disponere uerbis:
Si meus intereat uiuo me filius, esto
Tunc mihi qui pronepos, & cætera. filius at si,
Atq; nepos uiuunt, poterit testator utrisq;
Concipere extinctis uiuo se, talibus utens:
Si post me ambo mei naturæ debita soluant

Filius

Filius atq; nepos, tunc qui naſcetur ab illo
Succedat pronepos. tamen hoc intellige, quando
Decedit prius ipſe nepos, quàm filius, ut non
Succedente illo rumpatur ſcripta uoluntas.

ET QVID SI TANTVM.

Quid ſi teſtator, mortis duntaxat in unum
Caſum conciperet, patrias dehinc natus habenas
Quouiſcunq; modo exiret, ſedemq́; priorem
Perderet? aut quid ſi ignis aquæ interdicta ſubiret?
Quid ſi fortè nepos, ex quo ſperatur in auras
Venturus pronepos, patria ditione ſolutus,
Dimiſſuś ue foret? nempe hi, & reliqui ſimul omnes
Caſus, teſtantis per quos poſt funera naſci
Poſthumus ipſe poteſt ſuus hæres, atq; priorem
Collimare gradum, ad legem ſpectare negantur
Velleam, inſpecto uerborum cortice: uerum
Illos admitti legis ſententia dictat,
Non ſolum in caſum mortis teſtator, ut ipſum
Concipere elogium poßit, ſed prorſus in omnes.

SI EIVS QVI FILIVM.

Si pater inſtituit natum, ex illoq́; nepotem
Nondum utero egreſſum: prægnans ſit ab hoſtibus inde
Capta nurus, pariatq́; illhic captiua nepotem,
Ambobus genitore & auo uiuentibus, hisq́;
Defunctis Romana nepos ad limina ſaluus
Perueniat: nunquid ſpecies ad iura uetuſta
Galli hæc reſpiciat? Velleæ an dogmata legis?
Hac ut lege noua, uel Galli iure uetuſto
Elogium non poßit aui ſic rumpere ſcriptus?

Hoc

Hoc etiam dubium ſimili ratione moueri
In pronepote poteſt, ſi iam teſtator adempto
Hunc proauus nato inſtituat, proneposq; penates
Ad patrios redeat iam teſtatore ſepulto.
Sed teſtamentum neutro cùm rumpere caſu
Is rediens poßit, quid ſcire hoc expedit, utro
Rumpere iure magis nequeat, cùm prodeat idem
Effectus? quòd ſi quiſquam uelit inſuper huius
Caſus ſcire modum, interpres latè explicat, huncq;
Ad Gallum ſpectare magis concludit. ab hoſte
Nanq; nepos rediens, tunc primum natus habetur,
Euaſit cùm hoſtile iugum, quo tempore iam mors
Pallida auum, patremq; atro demiſerat Orco.
Fictè igitur natum antiqui ſibi formula Galli
Vendicat, & poſtliminij pro iure tuetur.

ILLE CASVS.

Ille mihi haud facilis caſus quià ne eſſe uidetur,
Si teſtator habet natum, ex illoq; nepotem
Conceptum inſtituat, uiuisq; parentibus ille
Prodeat utriſq; in lucem, mox ipſe nepotis
Excedat uita genitor, quo iure uoluntas
Conſiſtet? nanque ad Gallum non pertinet: ille
Solos quandoquidem natos poſt fata parentum
Teſtantum admitti uoluit. nec prouidet iſto
Velleæ in caſu legis pars ulla. priori
Nam capite hi ſolum inſtitui, ac ſuccedere poſſunt,
Qui naſcendo ſui hæredes loca prima capeſſunt.
Poſteriori autem ſuccedens, non prohibetur
Rumpere defuncti tabulas, niſi tempore earum

Qui iam natus erat, demum Vellea priori
Permittit lex institui quicunq; suorum
Acciperent nascendo gradum, sed posteriori
Permittit nullum institui, tantum uetat illos
Rumpere, iam nati ueniunt qui in iura suorum,
Ne minus idcirco ualeat suprema uoluntas,
Quòd primis illi subeunt loca prima remotis.
Verum præmisso in casu procedere debet,
Vt rectè utiliterq; à testatore uocatus
Posthumus ille nepos sit, qui succedere nullo
Iure prius poterat: siquidem nec tempore facti
Natus erat testamenti, nec iura suorum
Nascendo obtinuit, cùm alius præcederet illum.
Saluius at legem hùc Velleam induxit, utrunq;
Commiscendo caput ne testamenta perirent.

QVAEREMVS.

Quæremus pariter Salui iam mente receptá,
Si nascatur adhuc uiuo genitore uocatus
A testante nepos, auus hinc emancipet illum,
An admittatur tanquam spontaneus hæres?
Vel suus? & magis est sponte ut succedere poßit.
Nam uiuentis aui semel à ditione solutus,
Haud illi potuit fieri suus amplius hæres.

AEMILIVS Papinianus præfectus prætorio, lib. xxviii. Digest. tit. de vulg. & pupill.

SI filius qui patri, ac posteà fratri ex secundis tabulis hæres extiterit, hæreditatem patris recuset, fraternam autem retinere malit, audiri debet. Iustius enim prætorē facturum existimo, si fratri separationē bonorum

rum

rum patris concesserit. Etenim ius dicentis propositum est, liberos oneribus hæreditarijs non sponte susceptis liberare, non inuitos ab hæreditate remouere, præsertim quod remotis tabulis secundis legitimam haberet fratris hæreditatem. Itaq; legata duntaxat ex secundis tabulis præstari debent, habita ratione facultatum in falcidia, non patris (ut aliàs solet) sed impuberis.

¶ Filius & patri, & puero fratri extitit hæres:
Patri equidem inuitus bissenæ iure tabellæ,
Sponte tamen fratri, qui iura paterna libenter
Nouerat, & geminos adeundo iunxerat asses.
Filius ergo sagax, patris bona mista uolebat
Fraternis resecare bonis, ne fortè nocerent.
Quæritur an poßit? communis regula[a] sanè
Obstat iuncta semel: quoniam diuersa facultas
Hæredis facto, corpus solidatur in unum,
Vt non inde queat diuerso iure teneri.
Hoc tamen in casu Prætorem iustius hercle
Censeo facturum, uoto si fratris honesto
Annuat, ut damnosa patris bona linquere poßit,
Et fratris retinere sui: nanq; una uoluntas
Prætoris fuit, hæredes absoluere natos
Suscepto non sponte iugo, non protinus illos
Inuitos remouere bonis, quæ amittere nolunt.
Fratri id præsertim non debet iure negari,
Quandoquidem & tabulis idem fraterna secundis
Semotis bona perciperet, fratris uelut hæres
Legitimus. casu hoc igitur legata secundis
Ex tabulis, hæres solum præstare tenetur

a l. sed si plures. §. filio. de vulg.

Falc

Falcidiam imponens, habita ratione bonorum,
Non patris (ut fieri solet)[a] *ast impuberis eius.*

a l. in ratione. §. quod vulgo. ad l. falcidi.

AEMILIVS Papinianus, tit. de vulga. & pupil.

CEnturio filio, si intra uigesimumquintum annum ætatis suæ sine liberis uita decesserit, directo substituit: intra quatuordecimum annum etiam propria bona filij substitutus iure communi capiet. Post eam uerò ætatem ex priuilegio militum patris duntaxat, cum fructibus inuentis in hæreditate.

¶ *Centurio natum instituit, rectis simul illi*
Substituit Titium uerbis, sub conditione
Idem si natus uita decederet intra
Bis denum, & quintum sine descendentibus annum.
Hoc casu impubes migret si filius eius,
Omnia communi Titius bona iure capesset:
Si uero natus pubes decesserit, idem
Fortunas tantum speciali iure paternas
Militiæ capiet, cum fructibus inde repertis.
Cæsareum tamen his responsum obstare uidetur.

In l. precibus. C. de impube.

IVLIVS Paulus lib. XXX. Digestorum, de lega. III.

RE coniuncti uidentur, nō etiam uerbis, cùm duobus separatim eadem res legatur: item uerbis non etiam re. Titio & Seio fundum æquis partibus do, lego, quoniam semper partes habent legatarij. Præfertur igitur omnino cæteris qui & re, & uerbis coniunctus est. Quòd si re tantum coniunctus sit, constat non esse potiorem. Si uerò uerbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est, an coniunctus potior sit: & magis est ut

S

nec ipse præferatur.

¶ Re tantum iuncti, non uerbis esse uidentur
Hi, quibus insolidum prima testator eandem
Rem facie legat disiunctim, talibus utens:
Seianum Titio fundum do, lego, & eundem
Caio do, lego: insolidum nam cuiq; uidetur
Traditus, at facto concursu scinditur æquis
Partibus inter eos. quòd si sermone sub uno
Res eadem expreßis legetur partibus, illi
Coniuncti tantum uerbis dicuntur, ut isto
Panditur exemplo: Seianum partibus æquis
Do Titio & Caio fundum. reliquis tamen ille
Præfertur, qui re & uerbis coniunctus habetur.
Vnica nam ratio succumbit[a] pluribus, uno
Fortius[b] ac nodo coniungunt uincula plura:
Quòd si re tantum fuerit coniunctus, eundem
Verbis coniuncto haud potiorem constat haberi.
An uerò uerbis coniunctus debeat illi
Præferri, dubium est: sed tandem uerius esse
Credimus, ut nec ei uerbalis prædominetur.
Nanque pares[c] causa pariter concurrere debent.

a l. qui filium. §. Sabinus. iunc. glo. ad Trebelli. l. scripto. in fine. vnde libe.

b §. sed hodie. insti. de adoptio. Auth. itaque. C. cõmu. de succeßio.

c l. si reliquero. de legiti. tuto.

AEMILIVS Papinianus lib. XXXV. Digestorum, de conditio. & demonstra.

MVlieri & Titio usus fructus (si non nupserit mulier) relictus est. Si mulier nupserit, quandiu Titius uiuet, & in eodem statu erit, partem tantum usus fructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato concessum esse mulieri intelligendum est, quantum habe

ret si

ret si conditioni paruisset. Nec si Titius (qui conditione defectus est) legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

¶Fundi usumfructum sub conditione reliquit
Testator Titio, ac Titiæ si haud nuberet illa:
At mulier nupsit, defuncti lege soluta.
Quæritur, an solidum legatum poßit habere?
(Papinianus ait) Titiæ pars unica tantum
Competit haud aliter, quàm si testantis inanem
Seruasset legem: uerùm pars altera (donec
Spirabit Titius, statu'ue fruetur eodem)
Tantisper penes hæredem suspensa manebit.
Tantum etenim Titia ex legato (iure benigno)
Consequitur, quantum si non nupsisset haberet.
Nempe maritales tedas si casta recusans
Defuncti legem seruasset, portio fructus
Ad Titium facto concursu pertinuisset.
Non igitur debet plus quàm commune ualere
Ius speciale quidem, nec plus afferre fauoris,
Quin partem interea Titius, si sponte uacantem
Spreuerit, haud Titiæ id quicquam prodesse ualebit:
Quandoquidem nequeat (quod non sibi competit) ullus
Spernere, nec reliquis aliena remittere iura.

IDEM Papinianus de conditio. & demonstra.

PAter Seuerinam Proculam Aelio Philippo cognato nuptijs testamento designauit. Eidem filiæ prædium (si Aelio Philippo nupsisset) uerbis fideicommißi reliquit: quòd si non nupsisset, idem prædium Philippo dari

uoluit. Nondum uiripotens puella diem suum obijt. Respondi, cùm in conditionibus testatorum uoluntatem potius, quàm uerba considerari oporteat, Aelio Philippo fideicommissum ita demum datum uideri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset. Quare cùm ea (priusquàm uiripotens fieret) uita decesserit, conditionem extitisse non uideri.

¶ *Hac fundum Proculæ testator lege reliquit*
Natæ, cognato si nuberet illa Philippo.
Non nubente autem, fundum legauit eidem
Cognato. Impubes uitalibus excidit auris
Filia: legatum sibi uendicat ergo Philippus,
Cùm Proculam constet, sibi non nupsisse. sed illi
Deberi haud fundum respondit Papinianus,
Atque uoluntatem[a] potius, quàm uerba sequendam
Testantis: non nupsisse autem filia dici
Iure nequit, quæ nec potuit,[b] nec uoluit unquam.

a l. ea quã. C. de fideicõ. l. cum uirũ. C. eod.
b l. j. de su. & legiti.

IDEM Papinianus de condi. & demonst.

CVm auus filium, ac nepotem ex altero filio hæredes instituisset, à nepote petijt, ut si intra annum trigesimum moreretur, hæreditatem patruo suo restitueret. Nepos liberis relictis, intra ætatem suprà scriptam uita deceßit. Fideicommißi conditionem coniectura pietatis respondi defecisse, quòd minus scriptum, quàm dictum fuerat, inueniretur.

¶ *Instituit genitor natum, ex natoq; nepotem*
Defuncto, atque illum patruo bona reddere iußit,
Ter denos intra quoties decederet annos.

Euenit

Euenit casus: decesſit tempora pubes
Intra dicta nepos, ex coniuge prole relicta.
Quæritur, an patruo ſit reſtituenda facultas?
Et certè inſpecto uerborum cortice, quiſque
Diceret admitti patruum, cùm nulla legatur
Conditio prolis tali præſcripta relicto.
Verùm (conſultos iuris celeberrimus inter
Ingenio, & cunctos excellens) Papinianus
Oppoſitum tenuit, menti teſtantis inhærens:
Expreſſa ueluti ſub conditione nepotem
Vinxiſſet, quoties ſine prole excederet æuo,
Atque minus[a] ſcriptum fuerit, quàm uoce rogatum.
Hoc etiam Princeps firmauit[b] Iuſtinianus.

a l. quoties. §. j. de hær. inſti.
b in l. cum acutiſsimi. C. de fidei-commiſ.

DOMITIVS Vlpianus lib. XLI. Digeſtorum, titu. de acquir. poſſ.

Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione, & ideò non denegatur ei interdictum uti poſsidetis qui cœpit rem uendicare. Non enim uidetur poſſeſſioni renuntiaſſe qui rem uendicauit.

¶ Nil equidem commune ſimul dicuntur habere
Proprietas [c] rerum, & ſimplex poſſeſsio. nanque
Re, cauſa, effectu diſtant. permittitur ergo
Huic qui rem petere incœpit, pendente priori
Iudicio retinendæ etiam interdicta mouere.
Non etenim qui principio rem uendicat, idem
Iure inſiſtendi ſe excludere uelle uidetur.
Hoc uerum, niſi iam cœpto de iure petentis
Iudicio, in cauſa concluſio[d] facta fuiſſet,

c l. j. §. huius autē. vti poſſide.
d Cap. paſtoralis. extrà de cau. poſ. & propri.

Aut causæ finem sententia lata dedisset.
Hæc etenim gemini uulgata est regula iuris,
Quòd semper cedit[a] possesio proprietati.
At donec spes est, quòd possessoria causa
Accipiet citius finem, quàm quæstio iuris
Intentata prius, legum non usque putatur
Ordo[b] ita læsus, ut haud fieri cumulatio posit.
Tunc diuersa etenim cumulari iure uetantur
Iudicia, hæc quoties[c] finis præuentio cessat.

a Cap. j. de resti. spolia. c. cũ ecclesia sutrina. et c. cũ dilectus. de cau. pos. & proprie. l. nulli. C. de iudicijs.

b l. is qui destinauit. de rei vend. l. si de vi. de iudi. l. exitus. de acquir. pos. l. ordinarij. C. de rei vẽdi. l. incerti. C. de interdict.

c l. fundũ. & l. fundi. de exceptio.

TITIVS Caius lib. XLI. Digestorum, titu. de vsuscapio. seu vsurpatio.

SI is qui pro emptore, per se, uel seruum, ex causa non peculiari posidebat, ante ususcapionem ab hostibus captus sit, uidendum est an hæredi eius procedat ususcaopio. Nam ei interrumpitur usucapio. Et si ipsi reuerse non prodest, quemadmodum hæredi eius proderit? Sed uerum est eum in uita sua desijsse posidere: ideoq; nec postliminium ei prodest ut uideatur usucepisse nec hæredi eius legis Corneliæ fictio. Quòd si seruus eius qui in hostium potestate est, ex causa peculiari emerit: in pendenti esse ususcapionem Iulianus ait. Nam si dominus reuersus fuerit, intelligi usucaptum: si ibi decesserit, dubitari an per legem Corneliam ad successores eius pertineat. Marcellus, posse plenius fictionem legis Corneliæ accipi. Quemadmodũ enim postliminio reuersus, plus iuris habere potest in ijs quæ serui peculiari nomine egerunt, quàm in ys quæ per se, uel per seruum ex causa non peculiari posidebat, cùm ad hostes peruenit: sic

sic hæredes eius legis Corneliæ fictione. Nam hæreditates in quibusdam uice personæ fungi receptum est: ideoq́; in successoribus locum habere ususcapionem.

¶Si is qui rem per se, aut seruum non iure peculi
Ex titulo pro emptore tenens, sit captus ab hoste,
An ususcapio hæredi procederet eius
Quæsitum est. & sanè ipsi interrupta reuerso est,
Nec postliminio reparatur. fictio nanque
Legis, facta nequit semel interrupta referre.
Quòd si non illi ualet hæc prodesse reuerso
Fictio, quo pacto Cornelia proderit eius
Hæredi, cùm non poßit plus iuris habere
Successor, quàm re in propria defunctus haberet?
Quòd si captiui seruus rem iure peculi
Emerit, hoc casu domino bona cuncta reuerso,
Lex postliminij seruat quæsita. sed utrum
Lex successori pariter Cornelia prosit,
Saluius in dubio posuit: Marcellus at ista
In specie legem Corneli plenius esse
Sumendam, hæredi iura ut quæcunque reseruet.
Nanq; uelut dominus plus iuris habere reuersus,
In factis ualet his, quæ serui iure peculi
Interea egerunt, quàm quæ possederat antè
Per se, uel seruos eius, non iure peculi.
Lex successori pariter Cornelia prodest:
Vniuersalis siquidem succeßio, multis
Casibus hæredi conseruat iura futuro,
Personam ac domini defuncti sustinet. ergo
Hæredes etiam capere usu posse fatendum est.

IVLIVS Paulus in Catonis reſponſum, lib. XLV. Digeſtorum, titu. de ſtipulatio.

CAto libro quindecimo ſcribit: Pœna *certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, mortuo promiſſore ſi ex pluribus hæredibus unus contrà quàm cautum ſit, fecerit, aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro parte hæreditaria, aut ab uno pro portione ſua, ab omnibus, ſi id factum (de quo cautum eſt) indiuiduum ſit, ueluti iter fieri: quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodò factum uidetur.* At *ſi de eo cautum ſit quòd diuiſionẽ recipiat, ueluti amplius non agi, tunc eum hæredem qui aduerſus ea fecerit, pro portione ſua ſolum pœnam committere.* D*ifferentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes cõmiſiſſe uidentur (quòd niſi inſolidum peccari non poterat) illam ſtipulationem per te non fieri, neque per hæredem tuum, quominus mihi ire agere liceat.* S*ed uideamus ne non idem hìc ſit, ſed magis idem quod in illa ſtipulatione* T*itium, hæredemq́; eius ratum habiturum.* N*am hac ſtipulatione, & ſolus tenebitur qui non habuerit ratum: & ſolus aget à quo fuerit petitum (idq́; &* M*arcello uidetur) quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poßit.*

¶ C*erta fuit quoties promiſſa pecunia, ſi quid*
F*actum aliter fuerit, mox promiſſore ſepulto*
H*æredum contra promiſſum fecerit unus,*
S*ic* C*ato diſtinxit: pœnam uel ab omnibus aßis*
D*iuiſi pro parte rata, aut duntaxat ab uno*

C*ommit*

Committi pro parte ſua. nam ſi illud agendum
(De quo inter partes cautum fuit) eſſe probetur
Iure indiuiduum, ut præſtari iter, unius æquè
Culpa nocet cunctis. etenim feciſſe uidentur
Omnes, quod nulla in partes ratione ſecatur.
At ſi diuiduum eſt factum, uelut amplius à ſe
A reliquis nec agi ſibi ſuccedentibus, hæres
Is pro parte ſua ſolus debere putatur
Defuncti pacto qui contrauenit, agendo.
Inter præmiſſos caſus diſcriminis illa
Profertur ratio: quoniam ſtipulatio per te
Non fieri hæredem'ue tuum, mihi quominus ire
Sit licitum, meritò à cunctis commiſſa uidetur:
Quandoquidem inſolidum ſemper peccatur ab uno.
Aſt alio in caſu ſpectandum eſt, num magis illi
Congruat iſta ſequens ſtipulatio: teq; tuumq;
Hæredem conuenta ratum promiſſa habiturum.
Hac etenim facti in ſpecie ille tenebitur hæres,
Solus habere ratum qui noluit: is quoq; ſolus
Rectè aget, à quo uno fuerit non iure petitum,
Etſi in parte ratum dominus non poßit habere:
Nam domini hæredes ſolidum ius ſcinditur inter.
Id quoq; Marcello ſumma ratione probatur.

PAPINIANVS libro XLV.
Digeſtorum.

ITa ſtipulatus ſum: Te ſiſti certo loco, ſi non ſtiteris, L. aureos dare ſpondes? Si dies in ſtipulatione per errorem omiſſus fuerit, cùm id ageretur ut certo die ſiſteres,

imperfecta erit stipulatio, non secus ac si quod pondere, numero, mensurá ue continetur, sine adiectione põderis, numeri, mensuræ ue stipulatus essem, uel insulam ædificari non demonstrato loco, uel fundum dari non adiecto nomine. Quòd si ab initio id agebatur, ut quocunq; die sisteres, & si non stitisses pecuniam dares, quasi quælibet stipulatio sub conditione concepta, uires habebit, nec antè committetur stipulatio, quàm fuerit declaratũ reum promittẽdi sisti non posse. Sed & si ita stipulatus fuero: Si in Capitolium non ascenderis, uel Alexandriam non ieris, centum dare spondes: non statim committetur stipulatio, quamuis Capitolium ascendere, uel Alexandriam peruenire potueris, sed cùm certum esse cœperit te Capitolium ascendere, uel Alexãdriam ire non posse. Item si quis ita stipuletur: Si Pamphilum non dederis, centum dare spondes? respondit Pegasus non antè committi stipulationem, quàm desijsset posse Pamphilus dari. Sabinus autem existimabat (ex sententia cõtrahentium) postquàm homo potuisset dari, confestim agẽdum, & tandiu ex stipulatione non posse agi, quandiu per promissorem non steterit quominus eum daret: idq; defendebat exemplo penus legatæ. Hæredem etenim si dare potuisset penum, nec dedisset, confestim in pecuniam legatam teneri scripsit: idq; utilitatis causa receptum est, ob defuncti uoluntatem, & ipsius rei naturam. Itaq; potest Sabini sententia recipi, si stipulatio non à conditione cœperit: ueluti, Si Pamphilum nõ dederis, dare tantum spõdes? Sed si ita concepta sit stipulatio: Pamphilum dare spondes, & si non dederis, tantum dare spondes: quod sine dubio

uerum erit, cum id actum probatur: ut si homo datus non fuerit, & homo, & pecunia debeatur. Sed & si ita cautum sit, ut sola pecunia non soluto homine debeatur, idem defendendum erit, quoniam uoluntas fuiss probatur ut homo soluatur, aut pecunia petatur.

Carmen.

Debitor Alpheno stipulanti sistere certo
Promisit se Nerua loco, & nisi sisteret, illi
In pœnam dare quina decem: prius hoc tamen acto,
Vt certam facienda diem stipulatio haberet.
Missa dies errore fuit: stipulatio sanè
(Imperfecta uelut) nullum est habitura uigorem,
Haud aliter quàm si stipulatio fiat earum
Rerum quæ numero, mensura, aut pondere constant,
Mensura, numero, uel pondere prætermißis.
Siue loco quoties aliquis promittit omisso
Aedificare domum, aut tacito dare nomine fundum.
Quòd si principio fuit actum, ut sisteret idem
Promissor quocunq; die, stipulatio moxq́;
Addita pœnalis, non secius illa ualebit
Ac quæuis alia sub conditione recepta.
Nec committetur prius hæc stipulatio, sisti
Quàm promissorem fuerit non posse probatum.
Sic etiam si sit quisquam stipulatus ab ullo,
Si non ascendet Capitolia, siue Corinthum
Non ierit, centum det pœnæ nomine: talis
Haud committetur stipulatio protinus: at tunc

cùm

Cùm promissorem Romanas scandere in arces
Constiterit non posse, urbem uel adire Corinthum.
Si quis item fuerit stipulatus: si mihi Stichum
Non dederis, centum dare spondes? Pegasus isto
Promissam casu pœnam non antè putauit
Committi, quàm posse dari desisset eundem.
Diuersum ast alia sensit ratione Sabinus:
Nempe dari postquam Stichus potuißet, agendum
Ocyus, & tantisper agi non posse per ipsum
Dum promissorem haud steterit, quin traderet illum.
Exemploq́; penus legatæ id iure tueri
Tentabat. si nanq; penum dare noluit hæres
Cùm potuit, subitò legata pecunia cœpit
Deberi: at summa isthuc utilitate receptum est
Natura suadente rei, extremiq́; fauore
Arbitrij. uerùm sententia fortè Sabini
Admitti poterit, si non stipulatio ab ipsa
Conditione ortum capiat: ueluti, mihi Stichum
Ni dederis, tantum dare spondes? sed si ita dictum
Extiterit: Stichum dare spondes? & nisi eundem
Tradideris, tantum promittis soluere? tali
In specie, haud dubiè est sententia uera Sabini:
Præsertim si inter partes conuenerit: ut si
Non datus is fuerit, cessans promissor utrunq;
Debeat, & Stichum & nummos. uerùm etsi ita cautum
Duntaxat fuerit, seruo ut non inde soluto
Sola peti poßit promißa pecunia: dici
Hic quoq; idem poterit, quoniam mens ista fuisse
Creditur, ut soluatur homo, uel pœna petatur.

Lex,

LEX, Filium quem habentem. C. famil. hercis. suo nitori restituta.

IOVIVS ET HERCVLIVS, CC. AA. DIOCLETIANO.

Filius cui pater fundum in peculium dederat, portionem hæreditatis cohæredibus (centum uice mutua acceptis) sub conditione restituere iussus est. In *familiæ herciscundæ iudicio primùm hæreditariam fundi partem, pecuniamq́; à cohæredibus perceptam in quartam imputabit, & quod deerit in eodem fundo,*[a] *ex alio rum portionibus supplebit. reliquum hæreditatis omnino restituet.*

a Hic stat specialitas huius legis p̄tex. in l. 1ſ. C. ad l. falcid. cum ibi not.

¶ *Ex natis genitor fundum donauerat uni,*
Vt frueretur eo concessi iure peculi.
Dehinc testamento natos æqualiter omnes
Instituit: sed eum cui fundi cesserat usum,
Obliquis uerbis sub conditione rogauit,
Vt partem propriam germanis redderet, illos
Astringens pariter certam persoluere summam.
Conditio euenit. Fratris pars tota grauati
Poscitur à reliquis: summa tamen antè soluta,
Ille prius fundum (uelut à uiuente relictum
Patre sibi) quartamq́; simul deducere tentat.
Quæritur, inter eos qualis diuisio fiet?
Et super hoc gemini responsum Cæsaris extat,
Vt prius ille suam fundi deducere partem
Debeat in quartam, & quicquid percepit ab ipsis
Fratribus: & si illam non hæc simul omnia possunt

Sup

Supplere, in fundo reliquum capiatur eodem,
Quodq́; ultra quartam fuerit, mox restituatur.

Lex, Eam quam. C. de fideicommissis, suo nitori restituta.

Valerivs et Gallie. cc. aa. Falconi.

SI Aemiliam testator uelut adoptiuam instituit, & ea intra pubertatem decedente, hæreditatem Titio *restitui iussit. Quamuis de adoptionis ac testamenti uiribus dubitetur, tamen fideicommissum ualere non ambigitur.* Nam *siue utilis adoptio fuerit, ad institutam, uel hæredes eius, fideicommissi onus pertinet: siue inutilis, legitimi hæredes testatoris restituere tenentur.* Nec *quicquam facit quòd adoptionis error institutionem irritam fecit, & non adita ex testamẽto hæreditate, nihil ex his, quæ in eo scripta sunt debetur. Si quidem in fideicõmissis sola uoluntatis coniectura, etiam ab intestato succedentes ad restitutionem cogit.*

¶ *Natam, ut adoptiuam, instituit testator, & illi*
(Si impubes uita decederet) esse rogauit
Hæredem Titium: sed cùm de uiribus esset
Elogij dubium, quòd adoptio facta labaret,
Quæsitum fuit, an fideicommissa ualerent?
Et ualida esse quidem placuit: sed ualde referre
Vtilis an fuerit, uel inanis adoptio. fictam
Primo etenim casu natam, hæredes'ue teneri
Ipsius: at fuerit si talis adoptio nulla

Ad

Ad successores testantis, restituendi
Legitimos onus iniunctum spectare. nec obstat
Quòd testatoris scriptum uitiauerit error
Elogium, ex illo[a] nihil ut sit iure petendum.
Defuncti siquidem semel explorata uoluntas
Indicio quocunq;, ipsa quoq; lege uocatos
Hæredes, facit ad fideicommissa teneri.

[a] l. si nemo. de testamenta. tutel.

GORDIANVS c. A. Paulianæ,
tit. de Fideicommißis.

A*B eo qui neq; legatum, neq; fideicommissum, neq; hæreditatem, uel mortis causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest.*

¶ *Cui non legata, aut fideicommissa relinquis,*
Hæredem'ue facis, uel mortis nomine donas,
Non potes huic quicquam fideicommittere. nanq;
Frustrà imponit onus, qui non præmittit honorem.

ALEXANDER Cæs. Aug. Florentino
militi, tit. de iure deliberandi.

C*Vm debitum paternum te exoluisse alleges, propor tione hareditaria, agnouisse te hæreditatem defuncti non ambigitur.*

¶ *Cum fateare tui te persoluisse parentis*
Debita, defuncto te succeßisse probatur,
Hæredemq; rata factum pro parte fuisse.

IVSTINIANVS Cæs. Aug. tit.
de liber. præter.

E*X causa exhæredationis, uel præteritionis, irritum est testamentum: cætera uerò firma permanent.*

Filius

¶ *Filius exhæres factus malè, siue scienter*
Præteritus, caput elogij duntaxat iniqui
Euacuat, soliq; hæredi demit honorem.
Cætera nanq; suum conseruant scripta uigorem.

FINIS.

ALIQVOT IVRIS PROBLEMATA.

¶ De tigno precario concesso.

l. gemma. ad exhiben. l. in rem. §. tignũ. de rei vendica.

A*Edibus imposito tigno, qui forte precanti*
Cesserat, ut tignum redderet admonuit.
Reddere uelle negat qui tignum possidet, urbem
Deformem ac fieri (si repetatur) ait.
Quæritur: an possit, missa ratione decoris
Vrbani, ad tignum tramite iuris agi?

¶ De substituto exhæredati.

l. miles ita. § si miles. de mili. test. l. ab exhæredati. de leg. primo. l. qui fundum. §. qui filios. ad leg. falc. l. cũ quidã. C. de lega.

Nato exhæredi genitor legata reliquit:
Et quem substituit reddere cuncta iubet.
Istud posse uetant fieri dictamina legum,
Certior ut fiam de ratione precor.

¶ De legato, & stipulatione annuis.

l. & ideo. §. si. alias l. si stichum. §. j. iunc. glo. de stipulatio.

Annua promisit Titius bisquinq; talenta,
Annua legauit Lucius atq; decem.
Vna quidem fertur stipulatio, plura relicta.
Quæ ratio hic numerum non sinit esse parem?

¶ De legato gregis vel supellectilis.

l. annua. & l. si singulos. de annu. legat.

Annua si legas, tot sunt legata quot anni.
Verbo nanq; uno tempora plura fluunt.

At

At tibi si fuerit grex, uel legata supellex,
Vnum legatum dictio sola facit.
Res tamen & plures clauduntur uoce sub una,
Cur tam diuersum tempora, resq; gerunt?

¶ De seruo quasi libero instituto.

Testator seruum alterius (quem fortè putabat
Ingenuum) instituit, substituitq; alium.
Tota quidem in geminos semisses libra secatur,
Alter quadrantes semis, & in geminos.
Horum unus domino serui, alter iure, secundo
Competit hæredi. Quis reliquum accipiet?
Verius ipse puto, totum æquis partibus assem,
Inter honoratum distribui, ac dominum.

¶ De duobus causis lucratiuis.

Seianum legat fundum mihi Celsus: eundem
Legauit fundum Iulius atque mihi.
Ex uno fundi speciem si consequar, illam
Nec pretium illius consequar ex alio.
Si prior ast unus pretium mihi soluerit, alter
Ad fundum cogi qua ratione potest?

¶ De coniunctione hominis, & legis.

Cùm testatoris uerbis coniunctio facta
Ius accrescendi sit generare potens.
Virtutem cur non coniunctio legis eandem
Obtinet? excutiat qui mihi Phœbus erit.

¶ De tutore & curatore.

Addi alius puero tutorem tutor habenti
Non ualet: ast curæ accedere cura potest.

d. l. si in singulos. & l. cũ in annos. de annu. leg. l. scire debemus. de stipulatio. l. si ex toto. §. fin. de legat. primo. l. grege. de legat. ij. l. si paterfam. de hær. inst. Insti. de vulg. §. fin. Nam in prædictis legibus, alius semis datur substituto, quia cohæres. Instit. de leg. §. si res aliena. l. Meuius. §. duobus. de lega. ij.

l. re cõiuncti. de lega. iij. l. & proculo. de leg. ij.

l. ventri. in fi. de tuto. & curato. Inst. de curat. §. interdũ.

l.qui neq. §. j. iunc. glos. in verbo ptinere. de reb. eo. & l. fin. C. si adver. rẽ iudi.

Cur tam diuersum, cùm curatoris adultus
Pupillo æquetur sub ditione manens?

¶ De mortuo & nato apud hostes.

l. gallus. §. si eius. iuncta glos. in verbo, excludatur. in fi. de lib. & posthum.

Deceßisse sui cùm lex Cornelia iuris
Fingat, in hostili qui ditione perit:
Cur non sic, nascatur apud si filius hostes,
Et redeat, natum fingit in urbe prius?

¶ De Trebellianica ex peculiaribus deducenda.

l. certũ. C. famil. hercis. l. ij. iunc. gl. C. ad l. falc. glo. magna. in l. marcellus. §. res quæ. in fi. gl. ad Trebel. l. filium quem. C. fami. herciscund.

Cùm successores inter res quæq; peculi
Distingui ex æquo debeat ut reliquum,
Cùm pariter singlis è rebus debeat hæres
Omnia restituens, sumere falcidiam,
Cur tamen in rebus tractatis iure peculi,
Est illi quartam phas retinere suam?

¶ De conditione impossibili.

l. j. & l. conditiones. de condi. insti. Insti. de hære. instit. §. impossibilis.

Conditio cui uel ius, uel natura repugnat,
Actum non uitiat, sed uitiatur ea.
Verùm quæ est homini facto impoßibilis, actum
Inficit. hìc causam Scæuola docte rogo.

¶ De actibus quinque legitimis.

l. cũ hæres. §. j. de statuli. l. actus legitimi. de regu. iur.

Actus qui fieri nequeant sub conditione,
Subq; die, iuris regula quinque notat.
Quæ ratio à reliquis excepit casibus illos
(Legitimi cùm sint) te precor edoceas.

¶ De actione furti & doli.

l. qui saccum. de furtis.

Pro minimis etiam rebus datur actio furti:
Sed non pro minimo competit ulla doli.

Et

Et tamen in furto dolus est: infamat utrunque
Iudicium. cur lex tam uariè hic statuit? — l. si oleum. in fi. de dolo.

¶ De raptore & fure.

Raptorem tripli uiolentum pœna coërcet:
Furem at quadrupli, uim licet haud faciat.
Fure igitur cùm sit rapiens ui nequior omni,
Afficitur pœna cur leuiore tamen? — Insti. vi bono. rap. in prin. & in §. quadrupli. de actio.

¶ De obligatione dandi & faciendi.

Si mihi promittat Stichum se Nerua daturum,
Hunc etiam inuitus lege iubente dabit.
Idem si librum promittat scribere, solum
Ad pretium cogi iure cauente potest.
Nam fecisse mea quantum hoc interfuit, ære
Pensabit. causam quis mihi discutiet? — l. vbi autē. §. fi. de stipul. l. stipulationes nō diuidun tur. versic. Celsus. de stipula.

¶ De testimonio mulieris.

Quamuis testari in cunctis, quoque testis haberi
Actibus humanis fœmina iure queat,
Siue inter uiuos, seu sit suprema uoluntas,
Cur soli elogio testis adesse nequit? — l. ex eo. de testi. l. qui testamen to. §. mulier. de testa. iunc. ibi glo. in verbo, non poterit.

¶ De transactione adulterij & falsi.

Tollere cùm possit transactio crimina quæque
Publica, cur solum uitat adulterium?
Rursus, cùm haud fieri priuato in crimine possit,
Cur tamen in falsi crimine facta ualet? — l. transigere. C. de trāsac.

¶ De colono & inquilino.

Omnia in urbano fundo mercede locato,
In tacitum dominus condita pignus habet,
Non ita quæ cultor conductum inuexit in agrum
Rusticus: at causam dicat Apollo mihi. — l. eo iure. in quib. cau. pig. ta. cō tra. l. certi iuris. C. loca.

¶ De ficu, olea, & cæteris arboribus.

l. fina. fini. regundo.

Cùm pedibus distare Solon mandarit ab agro
Vicino geminis arboris omne genus:
Cur oleam, ficumq; nouem procul esse remotas,
Iußit? in hac Caij sis ratione uigil.

¶ De spadone & castrato.

l. generaliter. in fin. de adop.

Cùm spado ciuiles poßit sibi quærere natos,
Castrato cur non talia iure licent?

¶ De adulterio viri, & vxoris.

Insti. eo. §. sed & illud. l. j. C. de adul.

Vxor adulterij cùm non queat ulla maritum
Arguere, uxorem cur tamen ille potest?

¶ Pactum dolosum.

Vænalem dum Seius equum proponeret, uno
Vrgeri tantum dixerat hunc uitio.
Nempe quòd arboreos nunquam conscendere truncos
Sueuerat, hoc emptor credidit esse iocum.
Fortè uiam trabibus dum pons contextus acernis
Diuideret, sonipes substitit, ille premit:
Pugnat equus, ualidis urget calcaribus emptor.
Victus equo tandem grande relegit iter.
Tunc uitium cognouit equi non futile: uellet
Hunc redhibere, dolum partis adesse querens.
Callidus at contrà pacto se uenditor armat.
Queritur hic uotum Papiniane tuum.

¶ In Coruinum.

l. si non fuerint. §. fi. pro socio.

Vis tibi me socium, non uis Coruine sodalem:
Sic fieri socium me tibi iura uetant.

FINIS.

CATALOGVS ALIQVOT *interpretum Iuris Ciuilis.*

DE DINO.

PRimi ex antiquis Dino debentur honores:
Interpres legum maximus hercle fuit.

De Cino.

Iurisconsultum celebrem, celebremq́; Poëtam
Nosce cupis: Cini scripta diserta legas.

De Oldrado, ac Odofredo.

Consilio Oldradus pollet: clarißima legum
Commentis præstas sensa Odofrede tuis.

De Speculatore.

Dat tibi fœcundus praxim Speculator, & artem:
Ad fora qui properas, hoc duce carpe uiam.

De Petro, Iacobo, & Fabro.

Subtiles olim Gallos dixere Latini:
Hoc tribuere illis Pertica, Arena, Faber.

De Bartolo.

Militiæ uexilla sacræ fert Bartolus: errat
Qui sibi uult alium præposuisse ducem.

De Baldo.

Nemo (quod hunc latuit) sciuit: si iura monarcham
Ferre queunt, tanto hic nomine dignus erit.

De Angelo, & Petro Vbaldis.

En tibi quot radios effudit Vbalda propago?
Post Baldum fulgent Angelus atque Petrus.

De Signorollo Homodæo.

Ingenium uiuax, atque ingens copia legum,
Vota huius nunquam demoritura probant.

De Alberico Roxato.

Omnis in Albrici fulget ſudore uetuſtas:
Antiqui uindex nominis iſte fuit.

De Bartholomæo Saliceto.

Cæſaribus uerum doctor Salicetus honorem
Reſtituit, Baldi ſplendida ſigna ſequens.

De Chriſtophoro Caſtellioneo.

Viuit, & æternum hic uiuet, quem rêre ſepultum.
Quid mirum? ſolo uiuitur ingenio.

De Paulo Caſtrenſi.

Accipe Caſtrenſis commenta fidelia Pauli:
Nemo tibi leges explicat utilius.

De Fulgoſio & Comenſi.

Volue Raphaëles docti duo fulmina belli,
Quiſquis ab ingenio ſcripta probanda putas.

De Ioanne ab Immola.

Corneli lux prima fori ſibi uendicat omnis
Cenſuræ, ingenio fruge, labore, decus.

De

De Ludouico Romano.

Romano uerè dignum Pontane theatro,
Ingeniosa satis te monumenta probant.

De Pratico Papiensi.

Dat Ticinensis ueram tibi Praticus artem,
At quantum hic sacris detrahit ecclesijs.

De Matthæo Mathesillano.

Dant Mathesillano multam successio laudem
Legitima, & numeris dicta notata suis.

De Angelo Aretino.

Angelicos spirat sensus minor Angelus: hunc tu
In castigandis consule criminibus.

De Christophoro Portio.

Perlege Christophori iuuenis commenta diserti:
Explicat hic nitido prima elementa stylo.

De Alexandro.

Quàm belli Macedo clarus fuit ille triumphis,
Tantum hic Romanæ splendet honore togæ.

De Francisco Aretino.

Accolti illustris subtilia scripta reuolue,
Ingenio (dices) non habet iste parem.

De Andrea Siculo.

Ingenium uelox, & prompta memoria, clarum
Andreæ Siculi nomen ad astra ferunt.

De Corneo Perusino.

Prisca Perusinæ caderet si gloria gentis,
Qui decus instauret Corneus unus erit.

De Mariano & Bartholomæo Socinis.

Socinos uenerare sacri duo lumina Iuris:
Ius geminum illustrant filius atque pater.

De Iasone Mayno.

Quis Maynum ignoret? quo non peruenit Iason?
Thessalus haud tantum cognitus ille fuit.

De Philippo Decio.

Tempora quid Decij miraris cana Philippi?
Ius nemo hoc melius nouit utrunque uiro.

De Lancelloto Decio.

Aetas me fratri, fratrem mihi gloria præfert:
At germanus amor nos facit esse pares.

De Laphranco & Calcaneo Brixiensibus.

Hi duo uicturas referunt tibi Brixia laudes,
Ille legens, alter consilio eximius.

De Bartholomæo Veronensi.

Cautellis Cepolla tuis qui nouerit uti
Legitimè, hostiles non metuet laqueos.

De Guidone Papæ.

Consilijs te Guido iuuat: decisio uerùm
Fertilis, æterna laude perennis erit.

De Francisco & Franciſchino Curtijs.

Curtia perpetuis domus eſt celebranda trophæis,
Ex qua tam clari proſiliere uiri.

De Carolo Royno.

Explicat hic legum nodos uelut Oedipus alter:
Nunquam habuit talem Felſina docta uirum.

De Ioanne Crotto.

Exiguos Crotti lector ne ſperne labores,
Inuenies ſtudijs plurima digna tuis.

De Hippolyto Marſilio.

Crimina legitimis qui uis compeſcere pœnis,
Vtile Marſilij iam tibi conſtat opus.

De Corceto Siculo.

En tibi præclarus Siculis Corcetus ab oris,
Tranſcribit calamo dicta notanda tuo.

De Claudio Aquenſi.

Claudius Allobrogum primos defendit honores.
Noſtra ætas tanto præſule clara fuit.

De Francisco Balbo.

Vtilis æternum reddit præſcriptio Balbum,
Omnibus id numeris tam bene conſtat opus.

De Iacobino à ſancto Georgio.

Feuda Iacobini lector ſtudioſe reuoluas:
Fama quidem meritis eſt minor ipſa ſuis.

De Alberto Bruno Astensi.

Si Bruni formam, augmentum, reliquosq; labores
Inspicias, dices hunc uigilasse diu.

De Francisco Rippa.

Iudicium, ingenium, consummatiq; labores,
Hunc uiuum seclis omnibus efficient.

De Francisco Purpurato.

Purpureos redolens sensus tua dogmata Præses
Inclyte: maiorem uix habet Italia.

De Ioanne Antonio Alexandrino.

Quanta sit Antoni legum tibi copia, quanto
Ingenio excellas, urbs Patauina probat.

De Hieronymo Cagnollo.

Iurisconsultos inter Cagnolle disertos
Censeri, meritò te tua scripta iubent.

De Lancelloto Galiaula.

Quid raptum defles Galiaullam ætate uirenti?
Inuida mors claris non nocet ingenijs.

De Bertrando Carpentoractensi.

Vota tua, atq; ingens probitas Bertrande, fauorem
Non cessant famæ conciliare tuæ.

De Ioanne Igneo.

Igneus extinctos Gallorum suscitat ignes.
Doctrina certè magnus, & ingenio.

De

De Aymaro Riuallio.

Historiam iuris splendens Riuallius ornat:
Præstitit hæc iuuenis, nunc mihi quantus erit?

De Guillielmo Budæo.

Budæus pater elegantiarum,
Ne Galli inuideant, facit, Latinis.

De Vdalrico Zasio.

Doctus maximè, maximè & disertus,
Leges restituit suo hic nitori.

De Andrea Alciato.

Consultißimus ornat Alciatus
Musas, eloquium, sacrasq; leges.

De Aemilio Pheretto.

Inter conspicuos nitet modernos,
Lingua & moribus elegans Pherettus.

Συμπέρασμα.


Sic uiuent, quoscunq; opera ad sublimia uirtus
Traxerit, & nullo tempore fama cadet.
Hæc quoq; uenturos accedent clara nepotes,
Et graue ad ascensum nomina calcar erunt.

SVMMA FELICITAS, NEMINI INVIDERE.

INDEX EORVM QVAE *primo libro continentur.*

Pau


FINIS.



LVGDVNI,
EXCVDEBANT IOANNES ET
FRANCISCVS FREL-
LONII,
FRATRES.

ANNO M. D. XLIIII.




10